

opinio, velut confepultis ibi martyribus, facraverat, atque altari à superioribus Episcopis constituto, coluerat, Martinus in Martyris nomen inqvirendo, super sepulcrum adstans, oravit ad Dominum, ut quis & cujus meriti heic sepultus esset, ostenderet, tum prope assistentem videns umbram sordidam, imperat, nomen meritumque ut loqueretur, nomine igitur edicto, latronem se fuisse ob scelera supplicio affectum, neque quicquam cum martyribus habere commune: mox Martinus ex eo loco Altare jussit submoveri, atque ita populum à superstitionis absolvit errore. *Accidit insequenti tempore*, dum iter ageret idem Martinus, ut gentilis cujusdam corpus, quod ad sepulchrum cum supersticioso funere deferebatur, obvium haberet, elevato ergo in adverso signo crucis, imperavit eminus conspectæ turbæ, non moveri loco, onusque deponere, cum autem comperisset, exsequiarum esse illam frequentiam, non sacrorum gentilium, elevatâ rursus manu, dedit eis abundi & tollendi corporis potestatem: ita eos, & cum voluit, stare compulit, & cum libuit, abire permisit. Paulo post in *fanorum gentilium direptione* occupatus, forte in arborem pinum fano cuidam proximam incidit, quam cum à supersticioso vulgi cultu remoturus, excindere aggressus esset, turba primum obnitente, deinde vero sub conditione succidi permittente, ut nempe eo loco victus statueretur Martinus, quo arborem esse casuram nemo dubitabat, sed is arbori cadenti, elevata obviam manu, signum salutis opposuit, tum vero turbinis modo, diversam in partem ruit, adeo ut rusticos, qui tuto loco steterant, pene prostraverit, quo spectaculo tota gentilium multitudo permota, in Jesum crucifixum credere cœpit, ipseque Martinus deinceps ubi fana destruxerat, statim ibi, aut Ecclesias, aut Monasteria construebat. *Cum autem in vico* quodam fano alicui ignem immisisset, flammarum globos, vento agente, in proximum domum delatos virtute sua compescuit, *quin etiam in alterius vici* fano diruendo, duo angeli hastati atque scutati se illi ipsi obrulerunt, dicentes, missos se à Domino, ut rusticam multitudinem fugarent, præsidium ferrent, ne quis,

dum

dum fanum dirueretur, obstitit. *In pago quoque Eduorum* dum templo evertendo intentus, à rustico quodam stricto gladio petitus esset, statim rejecto pallio nudam cervicem percussori præbuit, qui in ictu dextrâ altius elatâ resupinus ruens, divinoque metu consternatus, veniam precabatur. Neque multum huic dissimile fuit illud, cum eum idola destruentem cultro quidam ferire voluisset, in ipso ictu ferrum ei de manibus excussum, non comparuit. *Curationum vero tam potens in eo gratia erat*, ut nullus fere ad eum ægrotus accesserit, qui non continuo receperit sanitatem: Sic *Treveris* Puella quædam à paralysis ægritudine, qua diu tenebatur, à Martino in solum prostrato orante, & oleum benedictum in os ejus infundente, liberata, & pristinæ sanitati restituta est: Sic ab eodem *Tetradii* cujusdam proconsularis viri servus dæmonio, quo correptus fuerat, ejecto Christianus unâ cum Hero suo factus & baptizatus est: Sic rursus ab eo ipso ex alio quopiam alterius familiæ servo diabolus ejectus, cum fugere de obsesso corpore, pœnis & cruciatibus cogeretur, nec tamen exire ei per os liceret, foeda relinqvens vestigia, fluxu ventris egestus est. Interea sedecim dæmonibus rumorem de hostium irruptione spargentibus, dæmoniaco cuidam imperavit, ut, an verus esset hic rumor, fateretur, qui, postquam falsum eum esse, confiteretur, metu omni populus liberatus est. *Apud Parisios* vero, dum portam civitatis illius Martinus introiret, leprosum forte sibi miserabili facie currentem, solo osculo sanavit & mundavit. *Sed nec hoc praterendum*, quod simbriæ vestimenti Martini, cilicioque detractæ, crebras super infirmantibus egerint virtutes: nam aut digitis illigatæ, aut collo inditæ, persæpe ab ægrotantibus morbos effugaverunt. Aliquando *Epistola* Martini *ad Arborium*, virum præfectorium, casu delata, & filia ipsius in ipso accessu ardoris febris quartanæ pectori inserta, febrim fugavit. Præterea peniculi contactu *Oculum Paullini* male se habentem sanavit: Ipse autem Martinus casu per scalæ gradus decedens, cum multis vulneribus affectus, tanquam exanimis in cellula jaceret, nocte ei

Angelus visus est eluere vulnera, & salubri unguine contuli corporis membra contingere, atque ita postero die restitutus est sanitati, ut nihil unquam pertulisse incommodi putaretur. *Erga Maximum Imperatorem ita se gessit Martinus*, ut sine ulla etiam adulatione, quæ tum in aula ejus vigeat, Apostolica semper gauderet autoritate. Angelorum consortio sæpe est usus, ita ut conferto invicem apud eum sermone loquerentur. Quodam tempore diabolus in cellulam Martini, cornu bovis cruentum in manu tenens, irrupit, unum, inqviens, de tuis fratribus interfeci, neminem autem de monachis deesse intelligens Martinus, rusticum vehiculo ligna ad monasterium deferentem, ob cornu bovis in inguina ipsius adactum, exanimem invenit, cui vitam deinceps reddidit. Aliàs vero *diabolus variis sub formis* Martino apparuit, adversus quem tamen is signo se crucis & orationis auxilio semper protegebat: disputatione etiam cum illo de pœnitentia & conversione peccatorum habita, triumphum, ad Christi misericordiam provocans, reportavit. Ejusdem insuper Martini virtute plures præstigiæ diabolicæ sæpe sunt discussæ, speciatim *Anatolii* juvenis cujusdam monachi præstigiōsa vestis candida, tanquam à Deo fuisset donata, in deductione ejus ad Martinum, inter trahentium Anatolium thanus, illius ipsius virtute, evanuit. *Neque prætereundum est*, quod aliquando diabolus veste regia indutus ac diademate ex gemmis auroque redinitus, Martino in cellula oranti adstiterit; Agnosce, inqviens, *Martine*, quem cernis; *Christus ego sum*, descensurus ad terram, prius me manifestare tibi volui: ad quæ Martinus regeffit; ego Christum, nisi in eo habitu formæque, quæ passus est, venisse non credam, ad quam ille vocem statim ut fumus dispaluit, & cellulam tanto foetore complevit, ut indubia indicia relinqueret, eum fuisse diabolum. Denique ad *Sulpitii Severi cum Martino isto conversationem* quod attinet, ipse Sulpitius fassus est, extrema humilitate, summaque benignitate, se cum comitibus quibusdam ex itinere venientem a Martino fuisse exceptum, ita quidem, ut & manibus abluendis ipse aquam obtule-

obtulerit, & pedes singulorum ipse abluerit, sermonemque non alium cum iis miscuerit, quam ut relictis mundi illecebris, atque seculi oneribus, Christum sequerentur, & Paullinum imitarentur. Ceterum juvat verbis ab ipso Sulpitio in Vitæ Martinianæ descriptione adhibitis colophonem toti huic narrationi imponere: Nimirum in verbis & confabulatione Martini quanta gravitas, quanta dignitas erat! quam alacer, quam efficax, & quam in exsolvendis scripturam quæstionibus promptus & facilis? Jesum testor, me ex nullius unquam ore tantum scientiæ, tantum ingenii, tam boni, & tam puri sermonis audisse. Etsi autem facta Martini explicari verbis utcumque potuerunt, interiorem tamen vitam illius, & quotidianam conversationem, & animum cœlo semper intentum nulla unquam explicabit oratio, illam scilicet perseverantiam, & temperamentum in abstinentia & jejuniis, potentiam in vigiliis & orationibus, noctesque ab eo perinde ac dies ætas, nullumque vacuum ab opere Dei tempus, quo vel otio indulserit, vel negotio; sed nec cibo aut somno quidem, nisi in quantum naturæ necessitas cogebat. Tantam quoque adversum omnes injurias patientiam adsumserat, ut, licet esset summus sacerdos, impune tamen ab infimis clericis læderetur, nec propter id, eos aut loco unquam amoverit, aut à sua caritate repulerit. Nemo unquam illum vidit iratum, nemo commotum, nemo moerentem, nemo ridentem: unus idemque semper, cœlestem quodammodo lætitiâ vultu præferens, extra naturam hominis videbatur. Nunquam in illius ore nisi Christus, nunquam in illius corde nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia inerat. Plerumque etiam pro eorum qui obrectatores illius videbantur, solebat flere peccatis, qui remotum & quietum venenatis lingvis & vipereo ore carpebant. Et vere nonnullos experti sumus invidos virtutibus vitæque ejus, qui in illo oderant, quod in se non videbant, & quod imitari non valebant. Instare autem *S. Martinus* propediem corporis sui solutionem sentiens, ad componendam Sacerdotum discordiam in *Condatensem* diocesim contendit, ubi in vico quodam

dam A. C. 401. die 11. Novembr. ætatis suæ 81. Episcopatus 26. anno ex hac vita emigravit. Ab universa Gallia deploratus, & inter divos postea relatus est, à cujus obitu solita sunt olim apud Francos mundi tempora numerari, ceu recensuit *Epitomator* Baronii *Henr. Spondanus*, ad A. C. 351. n. 8.

Quod speciatim attinet S. hujus Martini Fidei Professionem, extat fere in omnibus Bibliothecæ Patrum editionibus, seorsim verò cum scholiis Thomæ Beauxamis diversis temporibus & locis est impressa, Parisiis etiam A. 1571. cum Abdia Babylonio, & de nuò ibidem A. C. 1610. cum accurata Vitæ illius descriptione per *Sulpitium Severum* & *Venantium Fortunatum* adornata, unde hoc quicquid est compendiosè huc traduxi. Miracula vero S. Martini duobus conscripsit Libris *Abbas Gemblacensis*.

Prodiit insuper Vita S. Martini in forma Disputationis Acad. Jenæ. 1697. in 4. talem præferens titulum: Disputatio Inauguralis Historico-Theologica de S. Martino Episcopo Turonensi, sub Præsidio Dn. Fridemanni Bechmanni SS. Theol. Doct. ejusdemque P. P. eruditorum examini à Joh. Melch. Götzio Past. Ecclesiæ ad D. Martinum, quæ Halberstadii est Primario & Scholarcha, submissa. Legitur etiam ejusdem Vita una cum miraculis à S. Martino patratis apud Bonfinium Dec. II. Lib. I. f. 81. verumenimvero ex eodem *Sulpitiano* fonte illa omnia hausta esse, haut difficili adeo assequi licet conjecturâ. Ceterum quod, præter S. Deiparam Virginem Mariam Patronam Hungariæ, iste quoque S. Martinus Patronus sit Regni Hungariæ, apud *Bonfinium* fol. 119. & seqq. prolixè exponitur, item quod in ejus honorem S. Stephanus I. Rex Hung. cœnobium in monte Pannoniæ vulgò *der Martinberg* prope *Faurinum* sito, ingentibus adjectis redditibus fundarit, aliæque munificentiæ regiæ specimina ediderit, de quibus & singulis aliis plura videsis apud eundem *Bonfinium* loc. cit.

Præter S. istum *Martinum* plures alios Hungaria in gremio suo enutrivit, qui Ordini Sanctorum sunt inserti, quales sunt:

S. Alba-

* *S. Albanus, editus ex antiquissima Regum Hung. pro-*
sapia, hincque singulari etiam eorundem curâ educatus: cum au-
tem aulica vita pertæsus in solitudinem se contulisset, vitam ibi-
dem Eremitæ acturus, atque exercitiis divinis vacaturus, Chri-
sti insuper æcclesiam aperte professus esset, prope Moguntiam, ur-
bem Franconia Archiepiscopalem, illa ipsa de causa, ab infidelibus
in silva occisus, corpuique in fluvium projectum piscibus in alimen-
tum cessit, ceu quidem in Maria libro Genealogico vulgò Stan-
buch dicto die 1. Novembr. relatum invenitur. Conf. Georgii Vi-
celii Hagiologiam, & Speciatim Anonymi Galli la Vie de S. Al-
bain, Roy de Hongrie & Martyr, translate du Latin, & imprime
A. 1577. à Paris in 4. Falsò autem ab hoc Anonymo in Catalogum
Hungaria Regum Albanus iste cooptatus est, quippe cujus nec vola
nec vestigium ibidem licet reperire. Ab hoc autem Albano probè
distingvendum esse censeo illum S. Albanum sive Albinum, qui
Martyrii quidem gloriam etiam est consecutus, sed Verolamii in
Britannia, Diocletiano fasces Imperii tenente, ob Fidei Christianæ
professionem supplicio affectus est, cujus corpus hodie Colonia Agrip.
in templo S. Panthaleonis cultui sacro expositum asservatur, per-
hibente Bucelino in Germania Sacra P. II. f. 69. & in Sacrario Be-
nediict. ad diem 22. Junii: cui addas licet Carol. Stengel. Lib. V.
de S. Reliquiarum cultu c. 6.

* *S. Demetrius Martyr, ex Hungaria oriundus, multis-*
que miraculis clarus. conf. Nicephor. H. E. lib. 7. c. 15. & Stengel. l. c.

* *S. Elifabetha Andrea II. Regis Hungaria ex Gertrude*
uxore filia, ob pietatem insignem, & vita ad miraculum usque
sanctimoniam heic non reticenda. Uxor erat Ludovici Landgravii
Hassia, cum maritus ejus in terra sancta expirasset, ad secun-
dus nuptias nequicquam persuasa in monasterium se contulit,
ubi & ipsa maritum secuta vitâ excessit, quam tandem, anno à

Hh

morte

morte quinto post C. N. 1231. Gregorius IX. Pontifex Rom. ordini Sanctorum canonizatorum, adscripsit: huic consecrationi Fridericus Imperator ipse cum Europa primoribus interfuit, & religione moti duodecies centena millia hominum Marburgum confluxerunt, quo scilicet tempore reliquia istius S. Elisabethæ in maxima fuere veneratione, donec Philippi, Hassiæ Landgravii jussu, Seculo XVI. alium in locum iisdem clam repositis hodie certum earundem ignoretur reconditorium.

** S. Emericus, s. Stephani, I. Regis Christiani Hungarorum filius, quorum amborum Sanctimoniam, vitæ curricula, & merita circa Ecclesiam Catholicam, post Bonfinium in Hist. Hung. peculiari libro descripsit Chartuitius Episcopus.*

** S. Gerhardus, martyr & primus Episcopus Csanadiensis in Hungaria, qui à priscis Hungaris ad barbaricam gentilitatem redire adspirantibus Bude occisus est A. C. 1047. die 24. Septembr. Ejus corpus Csanadinum translatus, & tumulatus est, in cujus honorem posterorum pietas Altare ibidem erexit, in cujus superficie lapis ille repositus visitur, super quo D. Gerhardi caput à savientibus hostibus est contritum, quem licet Danubius sæpè redundans allueret, Sanguinem tamen abluere nunquam potuit. Condidit hic prefatus Episcopus magnificum illa ætate templum D. Georgii M. honori dicatum, in quo pro veteri Hungarorum erga Dominam & Patronam suam D. Virginem Mariam affectu promovendo, Sacellum ejusdem cultui posuit, ubi statua, multis clara miraculis colebatur. Ut autem cultum ejus perpetuum faceret D. Gerhardus, argenteum coram dicta icone thuribulum locavit, quod perpetuo thure Virginis in honorem vaporaret, neve ulla diei noctisve horâ thymiana deficeret, duos provecæ ætatis viros adesse jussit, qui thura identidem suggererent.*

** S. Gün-*

* S. Güntherus, *s. Stephani I. Regis Hung. consanguineus, monachus Altahensis, ac postea Eremita in sylva Bohemica in Richmach, ubi A. C. 1045. die 9. Octobr. exactis 37. annis decessit, presente Premislao, Duce Polonorum, quem è sacro fonte suscepit.*

* S. Hieronymus, *propter Sanctitatis & Doctrina magnitudinem inter Confessores & Magistros Ecclesia relatus, de quo supra jam pluribus est actum p. 168. & seqq.*

* S. Ladislaus, *Confessor & Rex Hungaria, Vir non minus eruditus ac Sanctus, atque modestus, cujus modestia vel inde etiam patet, quod Legatis Germanorum, ipsum ad Imperii Rom. gubernacula suscipienda vocantibus, pro ingenio & natura sua, tradente Petro de Rhéva de Monarch. & S. Corona Regni Hung. Cent. I. responderit: se S. Corona Hungarica decore & gloria, & regni sui finibus contentum, Augustalia illa diademata minime suo capiti apta, utpote quod fulgorem ac pondus eorum ferre non posset, quasque Regni sui acquireret curas, his se velle dare operam, & Dei beneficio eas sufficere, novasque se sollicitudines nequaquam querere, & jam domesticis externisque hostibus debellatis otioque suis hominibus parto & pace constitutâ, in hoc se unicum studium incumbere, ut Deum tranquilla mente coleret, factisque Rege Christiano dignissimis, alios quoque homines ad pietatis studium invitaret. Quod tamen ad summi Imperii Germanici dignitatem esset expetitus, id se æqui bonique facere, & agere hoc nomine Germania Principibus gratias, optareque ut omnia felicia illis eveniant. Regis hujus vitam sanctam & facinorâ heroica singulari Libro descripsit: Simon Ugnievizki P. S. J. qui Vilnæ 1664. prodiit in 4. Item Jonvillæus. Conf. Bonfinii Hist. Hung. Dec. II. L. 4.*

* S. Margaritha, *virgo & Martyr, Bela IV. Regis Hungarorum filia, cujus Vita curriculum, quod à juratis testibus acceperat, in compendium redegit* Franciscus Garinus S. Theol. D. Ordinis Prædicat. Conf. Martin. Zeiller. *Historis. Anzeiger der Heiligen* p. 382.

* S. Stephanus, *primus Rex Christianus, Confessor & Apostolus Hungarorum, quo de Vide p. 1. & seqq. Plura de his Sanctis scire cupientibus suppeditabit Liber, cui titulus est Legendæ Sanctorum Regni Hungariæ in Lombardica Historia non contentæ, qui olim Colonia Agripp. prodiit, nunc vero Bongarsii Collectioni Scriptorum Rerum Hungaricarum insertus est. Conf. etiam Laur. Surium de Probatis Sanctorum Historiis, partim ex Lipomano, partim ex MSS. Codicibus collectis, Colonia 1570. & 1617. in fol. 8. Vol. Quibus adde sis Acta Sanctorum, ex antiquis monumentis collecta, digesta, & notis illustrata, à Joh. Bollandò, & Gottofrido Hentfchenio PP. S. J. Antverpiæ A. 1643. & seqq.*

Omnium istorum Sanctorum Hungarorum memoriæ conservanda & cultus deferendi gratiâ, jussu & auctoritate Illustrissimi ac Reverendissimi Principis, Domini Georgii Szécsényi, Archiepiscopi Strigonienfis, Primatis Hung. & S. Sedis Apostolicæ Legati nati &c. prodierunt Missæ in Festis propriis SS. Patronorum Regni Hung. ad normam Missalis Romani accommodata, Herbipoli 1701. fol.

* *Illyricanorum Sanctorum Historiam libro peculiari descripsit Johannes Tomko, Dalmata, Episcopus Bojnensis, qui præter jam citatos, de vitis Sanctorum agentes Scriptores, consuli imprimis potest.*

GEORGIUS MARTINUSIUS

S. R. E. CARDINALIS,

Gente

Gente *Croata*, nobili familiâ, sed in tenui re educatus. vilissima puer apud *Johannis de Zapolya* Hungariæ Regis matrem ministeria exercuerat, calefaciendis hypocaustis destinatus. Quapropter elati ingenii juvenis, seu tædio præsentis, seu desperatione melioris fortunæ, relicta Johannis familiâ, vitam monasticam in Pauli, primi Eremitæ, cœnobio juxta Budam professus est, cellariæque præfectus & promuscondus effectus, ad victum necessaria non æqualiter, sed prout alios aliis plus diligebat, inter fratres distribuebat, jam tùm vel in levissimis rebus & inter humilis conditionis personas gratiam aucupans. Ibi primùm literas didicit, & quamvis jam adultior, etiam Latine aliquid effari, eâ spe, ut inter sacerdotes cooptari & solenne sacrificium celebrare posset. Ita in Johannis familiam rediit, & Ferdinando Austriaco in Regem Hungariæ assumpto, exulantem apud Sigismundum, Poloniæ Regem, focerum secutus, multis & gravissimis in negotiis fidelem ei operam navavit, variasque ac periculosas legationes, vestitu dissimulante personam & securitatem præstante, intrepidè obivit. Quibus officiis adeo sibi Johannis animum devinxit, ut ab eo, mox in Regnum restituto, in secretius consilium allectus, & quæsturâ Regni, quæ dignitas primaria est, ornatus sit, *Varadinensi* prius Episcopatu donatus, ac postremo tutor cum Isabellâ Reginâ uxore, Stephano filio testamento relictus. Sed cùm homo ambitiosus, spretis reliquis Proceribus, in publicâ administratione ingenio suo uteretur, in suspicionem Reginæ venit Regni affectati. Itaque crebræ inter eos discordiæ utriusque perniciosæ, atque inprimis Christiano nomini; & quò sæpius reconciliati, eò suspectior alter alteri. Inde clam cum Ferdinando agere cœpit. Sed cùm ab eo literas accepisset, quibus id honori Georgii & meritis datum significabatur, ut in Cardinalium Collegium à Julio III. cooptaretur, Georgius honorem illum quasi infra se contemnere visus est, ne videlicet eo nomine obstrictior Ferdinando crederetur: quod ipsi exitium maturavit, inimicis

eum captâ inde occasione calumniis & sparsis rumoribus apud Regem traducentibus, *quasi cum Turcis secreta consilia agitaret, & ope Ferdinandi, Reginâ ejectâ, de ipso demum ope Turcorum Daciâ penitus expellendo cogitaret.* Itaque Ferdinandus mox secreta mandata ad *Joh. Baptistam Castaldum*, Piadenæ Comitem, & ob res in bello Germanico gestas à Carolo V. Cæsare Cassani Marchionem creatum, belli ducem dat, *si adhuc in Daciâ esset cum exercitu, ne provinciâ egrederetur, & omni viâ & ratione tentaret, ut Georgium, quem clandestina in suam perniciem consilia cum Turcis habere certò sciret, aut in potestatem redigeret, aut, si aliter non posset, de medio tollendum curaret.* Quidam, *Castaldum, vafrum hominem, quod Georgii gloria invideret & thesauris illius, qui vero majores esse ferebantur, inhiaret, autorem Ferdinando fuisse, scribunt, ut hominem interfici juberet, atque id sibi negotii ultrò sumsisse.* Itaque cum Castaldus cum Georgio quasi animi gratiâ ad Bintium castellum, loco amœno ab ipso Georgio ædificatum, venisset, jamque tempus patrandæ cædis instaret, constitutis in Daciâ Ferdinandi rebus, & secundis literis ipse Rex urgeret, ut res maturaretur, Castaldus Sfortiam Pallavicinum per literas monet, ut, quàm celerrimè possit, ad se cum Hispano peditatu veniat. Ille ubi venere, per alterum oppidi Lippæ suburbium, quod *Sebeffe* amne ab eo divisum ponte ligneo cum oppido conjungitur, Georgii jussu per hospitia distribuuntur. Mox Pallavicinum ad se vocat Castaldus, & re cum eo communicatâ, ut ipse facinori intersit, hortatur, cui patrando proximam noctem destinat. Postquam ille operam pollicitus est, adduntur ei comites Andreas Lopezius, Moninus & Campegius, homines manu prompti, quibus compositâ ad terrorem oratione ostenditur, *de rebus Regis simul ac suâ omnium vitâ actum esse, nisi quàm primum Georgius de medio tollatur; statuisse quippe illum, indictis ad Vájarhelium comitiis, publico decreto, provinciâ Ferdinando imperium abrogare & ope Turcorum cum Daciâ omni expellere; hoc consilio auxiliares copias per vasta hospitia locis apertis sparsisse,*
ut

ut condicito tempore, quasi signo dato singuli facilius capi & opprimi possint: In ipsorum manu Regis & suam salutem positam esse, tantum audeant & periculo prævertant, scelerati hominis perfidiâ egregio facinore vindicatâ. Ubi eos præsentī animo videt, Lopezio negotium dat, ut summo mane delectos 24. armatos secum adducat, qui vestibus Turcicis induti, ut custodes fallant, intrōmittantur. Interea Petro Avilæ mandat, ut totâ nocte cum Hispanis continuato itinere Bintium eodem tempore ad se imperata facturus veniat. Tempestuosa ea nox admodum fuit insolito ventorum fragore & horridis nimbis, Georgii casum haut dubiè portendentibus; quod & in causâ fuit, ut *Georgii* stipatores, qui ad ignem sedebant propter frigoris violentiam, astum conjuratorum non animadverterint. Cùm manè ad operas carri solito citius emitterentur, Lopezius suos nullo prohibente introducit, & Avila, ut iussus erat, cum Hispanis adfuit. Hac verò arte conjurati in Georgii cubiculum irreperunt. M. Antonius Ferrarius, Castaldo ab epistolis, homo prostitutæ audaciæ, jam ab aliquo tempore tantam cum Georgio familiaritatem contraxerat, dum se herum prodere simulat, ut cubiculariis ejus propterea factus notior, quavis horâ ad ipsum admitteretur. Is nondum illucescente die, qui fuit 14. KL. Januar. cùm ostium cubiculi pulasset, literas quasi Georgii manu subscriendas præferens, & Pallavicinum Viennam ad Regem profecturum secum adesse significasset, continuò introducitur. Sfortia ad fores invito cubiculario ingressus substitit. Jam surrexerat Georgius, &, ut in hyeme, duplici tantum veste è sebellinis pellibus tectus, relegendis pro more rerum agendarum commentariis intentus, ad mensam sedebat, cum Ferrarius ad eum familiariter accedit & Pallavicinum ad fores stare monet, à Castaldo missum, ut, si quid ipse imperare velit, ejus mandata ad Regem perferat. Tùm porrectis literis, dum Georgius calamus sumit, ut nomen apponeret, Ferrarius raptum pugionem in pectus demisit, ad strepitumque accurrens Pallavicinus stricto ense gravi vulnere medium quasi caput divisit, cùm
ille

ille interea Dei nomen crebrò inclamaret & eos fratres appellando fidem reposceret. Mox cæteri conjurati supervenientes repetitis ictibus adhuc spirantem confodére. Arcem illam, in quâ cædes patrata est, coenobii à Georgio everſi fundamentis superſtructam fuiſſe ſcripſit Centorius, quod cum fieret, coenobii præſulem ex eo exitium Georgio ſive præſagiſſe, ſive imprecatum eſſe. Animadverſum & à domeſticis, quod, cum pridè quàm periret, ſacerdos coram eo ſacrum celebraret, calice loco panis in manus ſumto, vinum effuderit; quod tunc ſacerdotis negligentiae aſſignatum, tamen Georgii necem portendiſſe, & ejus ſanguinem mox effuſum iri, ſignificaffe, poſtea multi interpretati ſunt. Hunc exitum vitæ habuit Georgius, 70. circiter annos natus A. C. 1551. qui ex humili fortunâ in ſummum honoris faſtigium & Regibus parem potentiam evaſerat, vir pace belloque clarus & profundâ prudentiâ cum paucis comparandus, quam dum temporibus accommodat, & patriæ ferè ſemper bono Turcorum voluntati morigeratur, multorum invidiam ac poſtremo exitiale odium in ſe concitavit, quibus tandem effectum eſt, ut Ferdinando ipſi ſuſpectus eſſe cœperit & de ingentibus ipſius theſauris conſtanti famâ ſpârſâ, Caſtaldum & omnes, qui illic aderant, ſpe lucri contra ſe armaverit. Præter eas mortis tam indignæ cauſas, quas retulimus, etiam alii addunt, Ferdinandum Georgio 80000. aureorum penſionem pactum eſſe, proptereaque illius miniſtros Regi gratum ſe facturos exiſtimaffe, ſi Georgio de medio ſublato fidem de promiſſâ penſione interpoſitam liberarent. Evulgatum fuit, & eo colore factum excuſatum, quod clandestina cum Turcis in Chriſtianæ rei perniciem conſilia agitaret Georgius, idque Ferdinando perſaſum fuit, cum reverà propter illius theſauros cædes facta ſit, qui tamen poſt ejus mortem admodum modici pro tantâ fortunâ reperti ſunt, omni eâ pecuniâ, quam ſepoſitam credebant, in publica opera & alendos exercitus conſumtâ ab homine liberali, & qui nullâ privatâ charitate à curâ Reip. quam exactâ fide & diligentia adminiſtraverat,

aver.

avertebatur. Quantum verò incrementi suis rebus accessurum rebatur Ferdinandus, à ministris delusus, tantum detrimenti se accepisse, sed serò nimis sensit, transiit ad externos homines Italos summo Imperio & publicâ administratione, à quâ cum se provinciæ Reguli remotos viderent, minus animi & constantiæ indices ad propulsandum communem hostem adhibuerunt, & ingentibus propterea cladibus acceptis, mox revocato Rege Iohanne, Ferdinandi imperium omnino averfati sunt. Certè percussores Georgii post ejus necem ad unum omnes pœnas dedisse plerique scripserunt, ac Sfortiam quidem diuturnâ & morte pejore apud Turcos captivitate; Moninum verò in Subalpinâ regione ad Germani fanum cervice abscissâ; Ferrarium denique, qui Alexandriæ, quæ ipsi patria erat, Cardinalis Tridentini jussu sexennio post securi percussus est; postremo equitem Campegium, qui postea inter venandum in Ferdinandi ipsius conspectu apri fulmineo dente in Bohemia discerptus est, honestiore nec tamen minùs infortunatâ morte.

Ex Thuano Enuclato Gerhardi à Stöcken. Confer. omninò etiam Bonfinii Hist. Hung. & Georgii Haneri Hist. Eccl. Transyl: ubi Lib. IV. fusiùs traditum est, quem, qualemque Martinusius erga Ecclesiam Evangelicam in Hungaria atque Transylvania tum primùm succrescentem se prabuerit gesseritque.

Masnicus Tobias, Hungarus, Ecclesiæ quondam Evangelicorum in oppido Illava, Comitatus Trencsinienfis, Verbi Divini Minister, unde in exilium 1673. pulsus, Exulque Vittebergam veniens proprio Marte conscriptam exhibuit Disputationem tali cum titulo: *Vera & clara Apologia Apostolica coram Praside FE-LICE præstita Explicatio & Applicatio, hoc est, Solida Demonstratio, Hæresin, Seditionem, & Templi Divini profanationem, indignè imputari Augustanæ Confessioni addictis: Camprimis asserentibus: Hæresin Lutheranam, velut Matrem seditionis, sufficien-*

tem fuisse causam incarcerationis Ministrorum Ecclesiae Dei Evangelicae, & Abductionis ex Hungaria ad Triremes, ex clarissimis Scripturis Sacris, opposita: Disputatione publica, sub Praesidio, Viri Summè Reverendi Dn. Johannis Deutschmanni SS. Th. D. ejusdemque P. P. Vittebergæ A. 1679. proposita. Quæ alioquin fata hic ipse Masnicius tum in Judicio Polonienfi, tum in captivitate ob constantem Fidei suæ professionem subierit, ex tractatu sequenti licebit colligere:

Unerhörter Gefangnis-Proceß / oder Wahrhaftiger Bericht / was gestatten zwar unchuldige Creutz-Diener Christi / und stantthafftiger Evangelischer Glaubens-Bekenner aus Ungarn / nemlich Tobias Masnicius, gewestter Evangelischer Prediger der Kirchen zu Illava, und Johannes Simonides, gewestter Schul-Rector in der Königl. Stadt Bris in Ungarn / nachdem Sie schon albereit von Ihren Aemptern unrechtmäßiger und gewaltsamer weise entsetzt und verlehet / von Ihren Kirchen / Pfarwobnungen und Schul-Häuern verstoßen und ausgeschlossen waren / noch über dieses alles / unter dem Vorwand einiger Rebellion, derer Sie sich doch wider bewusst / noch schuldig befunden / auf das Delegirte Presburgische Judicium unausschlich citiret / falschlich angeklaget / aber nicht überführet / wider alles Recht / blos aus Haß der Religion, und verweigerten Unterschreibung den schädlichen Reversalien / zum Tode verurtheilet / mit Henckern ausgeführet / auf unterschiedliche Bestungen in harte und schwere Gefängnisse gelegt / neun ganzer Monath darinnen geplaget / und endlich auf die Spanischen Galeen nach Neapolis verbannt worden; und wie Sie der große Gott so wunderbarlich unterwegs aus der Feinde und grausamer Befolger Hände errettet / da Sie sich mit der Flucht salviret / aber gleich wiederum gefangen / nach sechs Wochen wieder daraus erlöset / durch Gottes sonder- und wunderbarer Vor-

Vorſehung / wie auch Herz Chriſtlichen Mitſeiden / Rath
und That vieler frommen Herzen / durch Italien in
Deutschland wiederumb angekommen ſind. Gedruckt im
Jahr 1676. in 4.

Mattaſchicz Petrus, gente *Croata*, in Collegio Cro-
atico Capituli Zágrabiensis Viennæ alumnus, *Orationem Panegy-*
ricam juxta ingenii ſui florentioris ductum non tantum eleganter
elaboratam, ſed deinceps etiam Anno. 1707. menſe Auguſto,
Viennæ, ſplendidiffimo in Virorum conſeſſu, maximo cum ap-
plauſu, recitatam, atqve ibidem typis Chriſtoph. Lercheri, eodem
anno, in fol. impreſſam edidit, cum titulo hocce: *Glorioſus à Pan-*
nonia Ladislaus: Pannonia à Ladislao glorioſa. Scriptum

Matthaides Samuel, ex Comitatu *Hungaria Arvenſi*
oriundus, in *Gryphisvaldenſi* Pomeraniæ Univerſitate ſtudiis The-
ologicis colophone impoſito, proſectus ſuos ſequenti Diſputatione
conteltatus eſt: *Roma & Geneva Hungaria irreconciliabilis, ad-*
verſus Hungarum Syncretiſtam, Samuelem Nigrini, Gymnaſii Sol-
nenſis Rectorem, ſub Præſidio Theologi de univerſa Jeſu Chriſti
Eccleſia immortaliter meriti Dn. D. Frid. Majeri, S. R. M. Sueciæ
Magna Fidei Viri, Conſiliarii in Sacris per German. Provincias
Primarii, Academia Pomer. Vice-Cancellarii, Conſiſtorii Regii Præ-
ſidio, Facult. Theol. Senioris, Pomeraniæ Svec. Rugiæque Superin-
tendentis Generalis & Comitæ Palatini Cæſarei, publico Exami-
A. 1708. expoſita. Conitat ſ. philyris. in 4. Hanc ipſam Diſputa-
tionem, non alienâ, ſed propriâ ſuâ ingenii ope *Matthaidem* ela-
boraffe, Præſes ipſe in Epift. Gratulator. Diſputationi præfixa faſ-
ſus eſt, verbis hiſce: *Tota, nobiliſſime Juvenis (Matthaides)*
quam adverſus Nigrinum ſcripſiſti Exercitatio, quanta quanta,
Tua eſt, nec mihi quicquam, præter cenſuram, in illa tribuo. Scriptum

Maurach Matthæus, *Hungarus*, patria Pofonienfis, ingreffus Societatem Jefu Anno 1600. ætatis 21. edidit fuppreffo fuo nomine, Libellum, cui titulum præfecit: *Calepinulus, ex toto Scriptum Calepino Synonyma, Composita, Derivativa, Attributa cetera, quæ ad eandem rem fpectant, fimul fcripta. Viennæ, typis Matthæi Formicæ. A. 1630. in 12. Vid. Alegambii Bibl. PP. S. J. f. 334.*

Mautnerus Johannes, *Hungarus*, Rector quondam Gymnafii Caffovienfis, *Tyrocinium Logicum 20. & Gymnafium Logicum 100. Tabulis comprehenfum in Juventutis commodum publicavit. Præterea Anagrammata diverfis ex nominibus atque argumentis concinnata A. 1636. in falivam eruditorum emisit.*

Maurus, Fuit ætate Henrici Imp. cognomento Claudii, vel Sancti, Monachus primùm S. Martini in Monte Pannonie (vulgo der Martine Berg) poftea Epifcopus Quingveecceleftenfis: cui Ecclefie præfectus fuit à Stephano I. filio Geifæ I. qui ex Hungaris primus Rex Christianus erat. *Auctor Bonfinius Hift. Hung. Decad. 2. Lib. I. f. 121. Venit hic Maurus in pofteritatis memoriam gemino labore, fed non ita difficili: Quippe duorum fui temporis Eremitarum Vitas descripsit, fed paucis. Uni eorum nomen Zoerardo, qui Andreas vocatus eft, poftquam monachus factus fuit. Hic Confeffor obiit. Alteri nomen Benedicto, qui à latronibus fuit interemtus. Zoerardum à fe etiamnum puero literarium in ludum itante vifum ait: quæ autem narrat, ea didiciffe fe, partim à difcipulo Zoerardi, five Andrea, B. Benedicto: partim ab Abbate Philippo, à quo Zoerardus monachi habitum acceperat. Zoerardum autem monachum dicit factum, tempore illo, quo fub Chriftianiffimi Stephani Regis nutu, nomen & religio Deitatis in Pannonia rudis ad hæc pullulabat. Quod oftendit, non alium effe hunc Maurum ab illo, de quo Bonfinium loqui diceba-*

HUNGARIÆ LITERATÆ.

253

cebamus. Vitæ istæ leguntur apud Surium Tom. III. a. d. I. Maji. *Conf. Vossius de Hist. Lat. Lib. II. c. 42. p. 358.*

Mazarius Christophorus, *Hungarus*, filius *Danielis Mazarii*, *Thomafovicensis* [in Hungaria Ecclesiæ secundum dogmata Lutheri Ministri (qui tum in captivitate, tum in triremibus Neapolitanis, propter constantiam Fidei Evangelicæ, post acerbissimos magna animi constantia toleratos corporis cruciatus & plagas crudelissimas à militibus Hispanicis inflictas patienter perpassas, in Salvatore tandem suo Jesu ipsa in triremi pie, obdormivit) typis vulgavit libellum, tali præmissio titulo: *Fasces Pannonici, Scriptum contra Orcum suffragante Cælo, post superata Solis Saloque desperata Discrimina, aureo pristina libertatis Vellere donati, reduecesque. Sive: Soterion, Deo, innocentia Vindici Maximo, ceterisque post Deum Assertoribus Summis, qui Religionis Zelo divinitus excitati, Novissimos, eosque Constantissimos Jesu Christi Confessores, ex Triremibus Neapolitanis, Carceribus Bocarinis, Religioni ejusque Sociis restituerunt, Restitutos beneficiis cumularunt, Sacrum: quod pio affectu, Musa tenui pangere voluit Saluator C. Mazarius, Fata acerba Parentis, in iisdem Triremibus Martyrii coronam oppetentis, deplorans: Anno, Jo reMiges Del ex VInCLIS oVatIs. Vittebergæ, excudebat Christ. Schrödterus in 4. Confer. quoque p. 162. v. Gasssius.*

Mellius Petrus, *Hungarus*, patriâ *Debrecinensis*, ejusdemque Ecclesiæ Antistes, Calvinianarum item ultra & cis Tibiscum Superintendens, Orthodoxam & Catholicam Doctrinam: de uno DEO, Patre, Filio & Spiritu sancto, contra furores *Blandratae & Francisci Davidis* constanter in multis Disputationibus defendit. Edidit etiam Fidei confessionem & quædam alia: dicuntur præterea ejus Scripta complura extare & in Hungaria typis excussa esse. Obiit A. 1572. Vid. *Simleri Epit. Biblioth. Gesneri.* fol. 561. *Scripta.*

de *Mirabilibus* Nicolaus, *Transylvanus*, patriâ *Claudiopolitanus*, floruit circa A. 1493. Scripsit *Tractatum de Prædestinatione*: item *Tract. de Vera felicitate*, teste Sigismundo Ferrario in *Comment. suo de Rebus Hungaria*, p. 456.

Miskólczi Stephanus, *Hungarus*, patriâ *Miskolczyensis*, Illustriss. quondam Nicolai Tökeli Lib. Baronis in *Kesmark* Juventutis moderator, literarum tum Latinarum, tum Græcarum, tum etiam Germanicarum, callentissimus, ad quem *Joh. Filiczki* varia direxit Poemata hincinde in *Deliciis Poetarum Hungarorum* à Philip. Pareo editarum occurrentia. Typis vulgavit: *Anglia Independentissimum*. Ultrajeeti 1654. in 12.

Mokosini Leonhardus, *Hungarus*, edidit *Historiam Veteris Testamenti in Genesi, Exodo, Numeris &c. comprehensam, carminibus heroico redditam Vitteberga* 1599. 8. Vid. König. in *Biblioth. Vet. & Nova. & Jac. Catbill.* libell. Sapiientiæ metricus à *Dan. Gvil. Mollero* editus pag. 6.

Molnár Albertus, strenuus *Helveticorum* placitorum propugnator, gente *Hungarus*, patriâ *Szenciensis*, ita enim legitur in ejus *Lexico Latino-Græco-Hungarico* p. 929. *Szencinum*, vel ut alii scribunt, *Szemcinum* Σένκινον, *Szentz*, est oppidum Hungariæ, non procul à brachio Danubii, inter *Tyrnaviam* & *Posonium*, Germ. *Wartberg* / quod nomen est Reipublicæ sigillo antiquissimo: ubi natus *Albertus Molnár* A. 1574. die I. Septembr. *Versionem S. Bibliorum* Casparis Caroli, ex ipsis fontibus recognovit, qua postea diversis temporibus, locisque edita, cum pag. jam 195. traditum est. Seorsim quoque imprimi curavit *Psalterium Hungaricum*: *Az az Szent David Királynak és Prophetának száz sötven Soltári, az Fráncziai nótaéknak és verseknek modokra most ujonnan Maágyar versekre fordítatak és rendelteték, az Széncsi Molnár Albert által, h. e. Regis & Prophetæ Davidis 150. Psal-*
mi,

mi, juxta modos canendi in Gallica Ecclesia Calviniana receptos, adornati, inque versus Hungaricos translati ab *A. Molnár*: quæ Psalmorum atque hymnorum Davidicorum melodia hodie Calviniani in Ecclesiis suis unicè tanquam ordinario cantilenarum ecclesiasticarum libro utuntur. Præterea *Catechesin* quoque idiomate hungarico ibidem in 12 imprimi curavit: nec non *Librum Precum eadem Lingvâ concinnatum* Heidelbergæ 1621. 8. Et *Grammaticam Latino-Hungaricam* Hanoviae 1610. 8. *Syllectam* pariter scholasticam, quæ Noribergæ impressa est A. 1644. typis & sumtibus *Wolfgangi Endteri*, in 8. *Institutionem* juvenutis latinis verbis conceptam, ibid. 1644. 8. Denique *Lexicon Latino-Græco-Hungaricum, cum Dictionario Hungarico-Latino*, Francofurti ad Mœn. typis Anton. Hommii, Impensis *Wolfgangi Endteri Bibliopole Noribergæ*. Hoc ipsum *Lexicon trilingue* demum quartâ editione, eaque germanicâ lingvâ, hos ante tres circiter annos, adauctum, & Noribergæ recusum, prodiit hoc cum titulo: *Dictionarium Quadrilingue Latino-Hungarico-Græco-Germanicum, innumeris vocibus, phrasibus, formulis loquendi, & proverbiis, cum quantitate syllabarum, Indice Græco & Germanico, hac in quarta Editione locupletatum, duobus partibus distinctum, inque usum Scholasticæ Juventutis accommodatum, ab autoribus Alberto Molnár, Szenciensi, & Joh. Christophoro Beer, Noribergensi, Noribergæ, sumtibus Martini Endteri. A. 1708. in 8.*

Elogium hujus Viri apud Laur. Toppeltinum Origg. *Trans. Elogium. sylv.* c. 8. p. 70. breve quidem, sed oppidò egregium reperitur hocce: Hungari *Alberti Molnár*, memoria immortalis esto & sancta, qui & politioris lingvæ publicus Author, & Sacri Codicis primus Traductor erat. De quo tamen immitius judicasse videtur *Benedict. Sarmelliczki*, Rector olim Scholæ *Ginciana* in Hungaria, quando Anagramma ex tribus vocibus hîscæ *Albertus Molnár Szemczienfis*, confecit sequens: *Bal. Izraelis consumens, tremis*. Cujus evolutio metrica hîscæ distichis comprehensa est:

Censura.

*Helveticis Alberte venis prolapsus ab oris
 Molnar in has terra Pannonis usque plagas.
 Consultum fuerat Bezæ penetralibus abdi,
 Schismata quam Pathai terra videre Senis.
 Hannoveria poteras tu Principis esse Minister,
 Heic inter picas garrulus anser eris.
 Non tamen invideo te multis esse favori,
 Sis modo sincerus Relligionis apex.
 Difficile est sperare tuos heic indole mores,
 Obrigit cæptis mens tua quippe malis.
 Biblia quod veritas, alios replicesque labores,
 Hæc populus laudat, non rata doctus habet.
 Sunt in iis certe, Molitor, culpanda moleste,
 Calvinos redolet Versio namque dolos.
 Bâl Izraelis consumens ergo futurus,
 Si tremis, emendes, postmodo jure places.*

Scripta.

Mylius Johannes, *Jglavia-Hungarus* (est enim *Jglavia* oppidum aliàs *Moraviæ*, etiam in *Hungaria* prope *Leutschoviam* in Comitatu *Sepusiensi*, situm) *AA. LL. & Philosoph. Magister*, initio *Leutschoviensis*, deinde *Kesmarkcensis*, & tandem in *Prussia Elbingensis* *Gymnasii Rector*: *A. 1530. æt. 72.* defunctus, & à *Joachimo Pastorio*, in *Memoria duorum Gymnasii Elbingensis Rectorum, Johannis & Michaelis Myliorum*, posthuma celebratus. Prælo subjecit: *Orat. de Discrimine Scholarum Ethnicorum & Christianorum*: Item aliam *Orat. de Nova Schola Elbingensi A. 1599. habitam.*

Mollerus Carolus Otto, *Hungarus*, patriâ *Posoniensis*, post *Græcæ & Latinæ lingvæ cognitionem* in *Gymnasio patrio adeptam*, tandem ad *Medicam Artem* animum applicaturus, in *Germaniam profectus*, in eaqve *Altdorfinam* potissimum *Academiam*

miam elegit, ubi perquadriennium ferè convictu, habitatione & institutione *Patru* sui Excellentiss. Dn. Prof. *Danielis Gvilielmi Moller*i usus, curriculum non tantum Philosophicum XL. Discipularum laudabiliter absolvit, sed in Medico quoque studio pedem tam alacriter promovit, ut anteambulonibus Viris Excellentissimis seniore ac juniore Dominis DD. *Hofmannis*, nec non *Pancratio Bruone*, metam sibi præfixam maximo cum applausu attingens, laborum tandem suorum exantlatorum præmium; Doctoris nempe honores atque privilegia, reportavit. Altero postea anno in patriam delatus, & aliquandiu in eadem subsistens, praxi sua medica ægrorum saluti consulere studuit, inde ad civitates Hungariæ Montanas pede promotus, *Neosolium* sibi elegit, urbem ob præstantiores cuprimeras haut ignobilem, in qua medicinam faceret, cujus laboribus Deo fortunaque adspirantibus non tantum Neosolienfis, sed totius etiam Comitatus *Solienfis* spartam *Physici Ordinarii* obtinuit, quæ etiamnum haud exiguo cum rerum suarum incremento, ac nominis ornamento impigrè defungitur. *Inauguralem suam Disputationem, habitam Altdorfii A. 1696. solo Deo Præside, pro Licentia summus in Medicina honores, Insignia & Privilegia Doctoralia, more Majorum legitime consequendi, conscripsit celeberrimus iste Practicus: De divino in Medicina. Sub Patru* vero sui Excellentissimi, antea nominati præsidio, in solenni Eruditorum conventu ventilandas proposuit, Positiones de Arnaldia A. 1694. typis expressas *Heinric. Meyeri. in 4.* *Scripta.*

Mollerus Daniel Gvilielmus, cujus Vitæ curriculum eò quidem difficilius nancisci mihi licuit, quò remotiorem ipse ab accuratioe aliqua ejusdem consignatione animum semper esse animadverti, nihilominus tamen, partim pietate, quæ in Præceptorem cum sane dexterrimum feror, ductus, partim officiis, quibus me identidem sibi obstrictum habet impulsus, quæ tum ex ore illius, tum aliunde prolata, tum operâ meâ privatim collecta, haurire potui, bonâ ipsius veniâ, heic mecum constitui com-

memorare. Nimirum bono publico is in lucem datus est *Posonii, Hungaria Inferioris Metropoli* celeberrimâ A. 1642. d. 26. Maji, *Patre* Suderburgo-Lüneburgico *Ottone Mollero*, Gemmario & Aurifabro Posoniensi; *Matre* Linzio-Austriacâ *Rebecca Perghameriana*, mercatoris filia, sacro baptisnatis fonte ablutus, subsecuto deinceps tempore, pietati & musis, tantò feliciore quidem auspicio consecratus, quantò fideiiores statim nactus est Præceptores, domesticos non minus quam classicos. Lue verò Pestifera in Hungaria grassante, *Trentsinium Slavonicæ lingvæ* addiscendæ gratiâ missus, ubi ultra annum temporis spatio exacto, deinde in Patriam reversus, curriculum bonarum artium & Philosophiæ rudimentorum, in Gymnasio tum florentissimo confecit. Anno 1660. per Austriam, Moraviam, Bohemiam, Saxoniamque adiit Lipsiam & aliquot hebdomadam spatio ibidem emenso, Wittebergam se conferens, in convictum *Joh. Andr. Qvenstedii* S. Theol. D. & Prof. se dedit, indeque post unum alterumque mensem elapsam, occasione Legationis Saxonicæ in Daniæ regnum arreptâ, Hafniam pervenit, ubi & salve & vale celeberrimis tum temporis *Brochmannis* dicto, post quatuor hebdomadas Wittebergam redux, *Oratoria, Poetica, Philologica, Historica & Philosophica* Studia excoluit: Moderatoribus & Præceptoribus, in *Oratoria* nempe ac *Artibus humanioribus*, Georg. Casp. Kirchmaiero, in *Logica, Physicaque* Ernesto Backio: In *Scientiis Mathematicis* Michaelē Waltero: In *Metaphysica, Gnostologia, Noologia & Pneumatica* Georgio Meyero, omnibus & singulis eo temporis articulo Philosophiæ Adjunctis clarissimis: In *Græca Literatura* Erico Ostermanno Prof. Publ: In *Ebraica, Politica & Oeconom.* Michaelē Wendelero Prof. Publ. in *Politicis* Hornio J. U. Candidato: In *Physica* Constant. Zigra, PP. In *Ebraicis, Chald. Syr. & Arab.* Andrea Sennerto Prof. P. In omnibus & singulis Matheseos scientiis, nec non Historia Eccles. itemque Collegio Historico disputatorio publico, Ægidio Strauchio P. P. In *Poesi* latina Prætorio P. P. In *Italica lingua* Josepho Adjuto, Nivita

nevita P.P. usus, inde reportatis laborum in dictis Scientiis & Artibus exantlatorum præmiis, titulisque, & habita solenniter Oratione de Confusione Lingvarum Babylonica, itemque Disputationibus 1) *de Nova Eliæ Schneegassii Logica*, 2) *de Persona*, 3) *de Ente*, 4) *de Re, quæ prima fuit*, quam Præsidendo defendit, 5) *de Senario Positionum Metaphysicarum*, 6) *de Senario Positionum Historicarum*; Theologiæ tandem se applicuit, in eaque privatim publiceque docentes audivit *Calovium*, *Kunadum*, *Meisnerum*, *Qvenstedium*, *Deutschmannum*, *Strauchium*, & sub domestico dicti *Qvenstedii* Præsidio, universam Theologiam Theticam XXX. Disputationibus, calamo singulis in semi philyra exaratis, & ex Collegio *Qvenstedii* Theologico excerptis, tricies *Respondentis* munere intra 13. mensium decursum functus, ventilavit. Quo studio Sacro confecto, *Institutiones Juris* ex Caspari Ziegleri, & Institut. Medicinæ ex *Victoris Schneideri* ore audivit. Postea in *Hollandiam*, *Angliamque*, visis prius *Servesto*, *Magdeburgo*, *Jena*, *Naumburgo*, *Halla*, *Dresda*, *Friburgo*, *Dessavia*, *Halberstadio*, *Wernigeroda*, *Monte Bructero*, *Helmeftadio*, *Brunsviga*, *Lüneburgo*, *Hildeshemio*, *Hanovera*, *Cella*, *Brema*, *Oldenburgo*, *Embda*, *Gröninga*, *Leovardia*, *Franequera*, &c. delatus, utriusque Emporia florentissima, *Amstelodamum* & *Londinum* perlustravit, doctorumque virorum notitia, præcipue *Leyda*, *Haga Comitum*, *Ultrajeeti*, *Londni* &c. comparatâ, *Wittebergam* regressus, prius *Glukstadium*, *Hamburgum*, *Rostokium*, *Rintelium*, *Stralsundam*, *Stetinum*, *Berolinum* adivit. *Wittebergâ* denuo relicta, per *Silefiam* in *Borussiam* & *Poloniam* concessit, atque *Wratislaviam*, *Regiomntum*, *Dantiscum*, *Thorunum* & *Cracoviam*, comite in prioribus sibi adscito *Benedicto Sahmio* Regiomontano, contemplatus est, inde cum mercatoribus *Lipsiam* repetens, ea relicta *Argentoratam*, per *Cassellam*, *Francofurtum ad Manum*, *Marpurgum*, *Gieselam*, *Langengönsium*, *Fridbergam*, *Vormatiam*, *Spiram*, *Philipsburgum*, *Heidelbergam* &c. contendit, atque in Academia Argentinenli Doctores habuit *Danhauerum* In Collegio Hodofo-

phico, Arminiano, Qvakeriano, Hermenevtico & Casistico: *Sebast. Schmidium* in Collegio Biblico Vet. Test. & in Antipapistico Tanneriano: *Bebelium* in Colleg. Hülsemanni Breviar. extens. & in Disputatorio privato Anti-Photiniano: *Scheidium* in Colleg. Græc. Nov. Test. M. *Brechtium* in Ebraicis: & *Joh. de Telles* in Lingva Gallica. Uti autem Excellentissimus Dominus Mollerus sedulus Argentorati discipulus Præceptorum suorum, ita Doctor quoque fuit plurium comilitonum, Collegiis nempe V. apertis, Logico nempe, Metaphysico, Oratorio, Poetico, Chiromantico: Argentorato discedens Collmariæ in Alsatiæ superioris urbe, aliquandiu consedit, ubi trium filiorum nobilissimorum *Joh. Henrici Moggii* Prætoris & Protoscholarchæ informationi addictus, *Alchimistico* quoque studio, antambulone *Petro du Pont* Pharmacopola Lugdunensi Gallo, horâ quotidie una alterave incubuit. Colmaria abiens Basileam se contulit, consuetudine usus *Joh. Rudolphi Wetstenii* S. Theol. D. & Prof. Pub. atque potiores Helvetiæ urbes, *Tigurum*, *Bernam*, *Lucernam*, *Scaphusiam* &c. adiit. Postea Argentoratum, conspectis prius *Brisaco*, *Sledstadio*, *Benfelda*, *Friburgo*, *Tubinga*, *Reitlinga*, *Durlaco*, *Stutgardiâ* &c. redux, *Lutetiam* petiit Parisiorum, indeque absolutâ per Galliæ regnum sic dicta peregrinatione *la grandtour*, Latetiam repetens, auditâ novi Pontificis Rom. electione, per Sabaudiam & Statum Mediolanensem transiens, Romam A. 1667. feliciter attigit, ubi *Clementis IX.* recens electi ex familia Rospigliosea Pontificis Romani, Coronationis ipsius & possessionis Lateranensis adfuit spectator, simulque in familiaritatem Patris S. J. *Athanasii Kircheri* intimiorem pervenit. Neque multò post tempore *Neapolim* itinere cum 15. aliis comitibus, præcipue Gallicis, & Clericis Polonis suscepto, & *Vesuvio* vaporante, ceterisque aliâs ibi observari solitis locis, curiose conspectis, Romam denuò reversus, *Audientia* sic dici solitâ valedictoriâ, ope Eminentissimi Cardinalis *Ernesti Hassie Landgravii*, Patroni sui summi, apud Pon-

Pontificem S. gratiosè obtentâ, Venetias, itinere per Laurettum, Anconam, Ferrariam &c. instituto, contendit, quibus etiam, aliquot post dierum factam commorationem, valere jussis, per *Tridentum*, *Brixiam*, *August. Vindel. Ulmam*, *Monachium*, *Ingolstadtum*, *Noribergam*, *Salisburgum*, *Ratisbonam*, indeque secundo Danubio *Viennam*, moxque *Pozonium* in Patriam suam, exultantibus parentibus, consanguineis, patronis & amicis A. 1670. mense Novembr. feliciter remeavit, cumque haut aliud circa id tempus, quam Sub-Rectoratus officium in Gymnasio vacaret, eidem, anno statim sequente, perlustratis prius in Hungaria *Uivarino*, *Faurino*, *Comorra*, & postea etiam urbibus Montanis *Cremnicio*, *Schemnicio*, & *Neosolio*, admotus, annuo ferè spatio præfuit. Mox ingruente persecutione Pontificia, communi Civium Pozonien-sium nomine, ad Aulam Cæsaream, Religionis Evangelicæ causâ, deputatus, 6. mensium spatio, IV. Audientiis, ceu vulgò appellantur apud S. Cæs. Majestatem Leopoldum gloriosæ memoriæ imperatorem, tandemque adversæ partis minis territus, solum vertere coactus, haud salutatis amplius aut valere jussis Parentibus, per *Moraviam*, *Bohemiam*, & *Palatinatum*, iter *Noribergam* direxit, ubi uno alterove libello supplici Illustrissimo Magistratui exhibito, de promotione sua ad officium aliquod studiis suis conveniens sollicitus, aliquandiu substitit. Interea Francofurtum ad Doct. Philip. *Jacobum Spenerum*, veterem Fautorem & Amicum academicum se contulit; cujus commendatione ad Serenissimi Christiani, Principis *Birckenfeldensis* spartam Concionatoris aulici obeundam, vocatus quidem, sed quod castra cum eodem sequenda fuissent, eam in se suscipere dubitavit. Paulò post autem literis quibusdam ab Excellentissimis Imperii Comitibus *Gottliebode Windischgrätz*, & *Rudolpho de Sintzendorf* ad Rempubl. Noribergens. Promotionis Mollerianæ ergo perlatis, voti sui compos factus A. 1674. mense Novemb. duplici functioni *Historiarum* & *Metaphysicorum*, in Universitate *Altdorffina* præfectus fuit. Equidem offerebatur ipsi, eodem planè tempore, quo ab Illustri Magistratu Noriberg.

gemino huic muneri admotus erat, conditio quædam non contemnenda in Gymnasio *Brügensi* apud Silesios, singulari L. Baronis à *Freienfels* commendatione ac Patrocinio, Serenissimique *Principis Brügensis Christiani* piæ memoriæ, gratiâ: idcirco in bivio constitutus, Sortes in Consilium adscivit, quorum mirabili non tantum impulsu, sed singulari etiam Dei instinctu factum est, ut Gymnasticæ, licet satis lautæ & lucrosæ, functionem præferret Academicam. Deinde A. 1685. m. Novemb. in conjugium assumpta Virgine lectissimâ *Annâ Sibylla Braunia*, civis Noriberg. filia unicâ, officii à Curatoribus Universitatis sibi demandati partes pro viribus implere studuit. Interea in Collegium *Historiæ Imperii*, & in Colleg. *Naturæ Curiosorum* sub nomine *Solini*, nec non in Collegium *Italiæ Recuperatorum*, cooptatus est. Uxore autem A. 1691. improle quidem, at beate defunctâ, alteram vitæ sociam, Nobilem ac eruditam Virginem, *Helenam Sibyllam*, Joh. Christophori *Wagenseilii* J. U. D. ac in Acad. hac Altdorfina Juris Publici, Canonici, Lingvarumque Orient. Professoris Publici famigeratissimi, Præceptoris quondam mei in Jure qua Publ. qua Canonico, post fata etiam summè venerando, filiam unicam, A. 1692. m. Octob. sibi adjunxit, quæ uti ob eximiam lingvarum, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, aliarumque exoticarum; in Orbe literario nomen sibi decusque peperit eximium, ita in Christoph. Christiani Hendelii h. t. S. Theol. Doctoris & Superintendentis Generalis Ecclesiarum per Marchionatum Onoldinum, meritissimi, Disputatione de *Claris Germaniæ Mulieribus*, heic loci A. 1689. habita, non sine Præconio inter easdem meruit connumerari. Postea sub anni sequentis principio, Gratiâ peculiari, Rom Imperatoris Leopoldi, gloriosæ recordationis, auctus, splendidissimam Comitum Palatini dignitatem, præter omnem sanè spem & opinionem sibi collatam esse intellexit, beneficio potissimum Dni. Socris sui procuratam. Ambas Uxores nactus est ingenio suo ac moribus egregiè respondentes, eaqve propter uti sine liberis, sic & sine lite torum coluit conjugalem, Disticho identidem se solans hocce:

Qvi

*Qui nulli debet, fortunatissimus hic est,
Proximus huic Coelebs, tertius Orbis erit.*

Reliquum Vitæ ejus cursum, uti ulteriori supremi Numinis directioni, toto ex animo commendo; ita ut fata virtutibus suis respondentia ad finem usque vitæ in Reipublicæ literariæ emolumentum, Universitatis hujus ornamentum, & studiorum Juventutis academicæ incrementum, experiatur quam mitissima cordicitus voveo.

Opuscula, hunc celeberrimum Virum autorem habentia:

Retorsio ad criminationes Elia Schnegaffii. Vitebergæ A. 1667. Scripta. in 12. De Bohemico nihilo Alchymistico. Colonia 1667. 12. Meditatio Stoica de Conditione temporis presentis, ad Amicum. Francofurti. Moen. 1673. 12. Meditatio de Insectis quibusdam Hungaricis prodigiis, anno proxime præterito, ex aere una cum nive in agros delapsis. Ad Amicum A. R. M. Ibid. 1673. 12. Horaria Meditatio Quæstionis: Num S. Pauli caput I. ad Rom. sine profanorum Autorum, maximè Petronii, cognitione, intelligi queat? Ad Amicum. Altdorfii 1674. 12. Opuscula Ethica & Problematica Critica Francof. Moen. 1674. 12. Opuscula Medico-Historico-Philologica Ibid. 1674. 12. Guilielmi du Val. Synopsis Analytica Metaphysicorum Aristotelis, curâ nostri Molleri edita. Altdorfii. 1677. 8. Mensa Poetica. Ibid. 1678. 12. Indiculus Medicorum Philologorum ex Germania oriundorum. Ibid. 1691. 4. Libellus Sapientia Salomonis versibus Hexametris redditus à Iacobo Calphillo, Anglo, S. Theol. Doct. lucique publica expositus à Dn. D. G. Mollero. Ibidem: Cui annexa est Epistola Juda Carmine Elegiaco, ab eodem Dn. Mollero reddita. Lusus Metrici de Bubula. Noriberge 1701. 4. Betender Daniel: das ist/ ein kurzer Begriff andächtiger Gebethe / auf die bey den Gelehrten bekante IV. Facultaten gerichtet. Cölln. 1666. 12.

Pseudonyma: Aufonii Morelli Trutina doctorum & Doctorum, Macerata. 1665. 12. Presburger Kirchen- und Schu-

len

len Verlust. Das ist Wahrheits-gegründete Anzeig / wie u. auf was Weise zu Pressburg / in der Nieder-Ungarischen Haupt-Stadt / einer daselbst sich befindenen Uncatholischen Gemeinde anfangs Kirchen und Schulen-Posses disputirlich gemacht / und endlich nach mehr als halbjährigen Action mit gewehrter Hand ab- und eingenommen worden. Männiglich zu beständiger Nachricht und wahrhaften Unterricht in öffendlichen Druck gegeben von *Reimundo Rimando. 1673. 4.* Christian Wegholds treuherzige Errinerung an alle studirende Teutsche / absonderlich die so der Heil. Schrift ergeben sind / daß Sie die Italienische Reise mit gebührender Vorbereitung in Namen Gottes antretten / selbige mit beständiger Gottesfurcht und geziemender Vorsichtigkeit fortführen / und endlich mit gewünschten Nutzen / auch jedermans Frolocken / glücklich vollenden mögen. *A. 1668. 4.* De quibus singulis consuli potest *Vincent. Placcius* Theatr. Anonymor. & Pseudonymor. ibique Liber de Scriptorib. Pseudonym. Detect. fol. 418. num. 1572. fol. 468. n. 940. fol. 535. n. 2302. fol. 543. n. 2362. fol. 615. n. 2878.

Sequitur *Catalogus Disputationum* ejusdem Acad. typis publicis evulgatarum, & quidem præmissis prius iis, quas ille ipse alieno sub Præsidio Autor & Respondens exhibuit : 1. *Positiones Historicae, sub Præsidio Ægidii Strauchii S. Theol. D. & Mathematicæ. PP. Wittebergæ. A. 1662.* 2. *Elia Schnegassii Facilis disputandi modus, h. e. Nova Logica, in qua sine omni Conversione, Figura, Modo, Æquipollentia, aliisque tricis, Ars disputandi docetur, ita, ut quilibet eam facile addiscere queat. Cum antiqua collata, sub Præsidio Georgii Meieri Phil. Adjuncti, Autore & Respondente Dan. Gvil. Mollero. Wittebergæ. 1662.* 3. *Positionum Metaphysicarum Septenarius. Præside Christ. Trentschio Log. & Metaph. PP. Wittebergæ 1663.* 4. *Disputatio Metaphysica de Persona. Præside M. Georgio Wagnero, Philos. Adjuncto. Ibidem 1662.* 5. *Disputatio Metaphysica de Re, absoluto Entis Synony-*

HUNGARIÆ LITERATÆ.

265

mo. *Præsides ipso Dan. Gvil. Mollero, Respondente, Georgio Dudari, Hung. Sárváriensi. Ibid. 1663.*

Altdorfii autem conscriptæ, subque ejusdem Præsidio ventilatæ & typis in forma 4. impressæ sunt Dissp. seqq.

1. *De Synoride, Respondente Dan. Lechnero, Posoniensi Hungaro. A. 1673.*
2. *De Salamandra, Respond. Joh. Paulo Wurfbain. 1677.*
3. *De Fabula Montefiasconia: propter nimium Est, Est, Dominus meus mortuus est, Disquisitio Historica. 1680.*
4. *Dodecas Disputationum ex Prima Sapientia depromptarum. 1683.*
5. *De Indissolubili nexu Philosophiæ cum Jurisprudentia. 1684.*
6. *de Fatalibus Personarum Nominibus. 1685.*
7. *De Veritate Rei. 1687.*
8. *An Causa per Accidens sit vera causa? 1687.*
9. *De Philosophia Effectiva. 1688.*
10. *De Magis Christum adorantibus. 1688.*
11. *Theologia Naturalis, Metaphysica Metamorphosis. 1689.*
12. *De Ominosis Diebus Dominicis. 1690.*
13. *De Terminorum Metaphysicorum Usu in Theologia. 1691.*
14. *De Luctu. 1691.*
15. *De Historia Positiones. 1691.*
16. *De Amazonibus, 1692.*
17. *An cadat in DEum, Potentia Passiva. 1692.*
18. *De Typographia. 1692.*
19. *De Characteromantia. 1693.*
20. *De Septem Dormientibus. 1694.*
21. *De Titulo Christianissimi. 1694.*
22. *De Opismathia. 1694.*
23. *De Arnaldia. 1694.*
24. *De Titulo Catholici. 1695.*
25. *Positiones Miscellanea. 1695.*
26. *De Scytala Lacedæmoniorum. 1695.*
27. *De Angariis. 1696.*
28. *De Septem primis Diaconis. 1696.*
29. *De Finibus Hominis & Naturæ. 1696.*
30. *De Tribus Regni Sueciæ Coronis. 1696.*
31. *De Labaro Constantiniano. 1696.*
32. *De Artifice summi Naturæ Opificis Æmulatore. 1697.*
33. *De Cognitione sui. 1698.*
34. *De Juramentorum Judaicorum à Christianis tam acceptorum, quam exactorum, Fide & Moralitate. 1698.*
35. *De Gigantibus. 1698.*
36. *De Terrore Panico. 1699.*
37. *De Quatuor Evangelistis. 1699.*
38. *De Duabus Columnis Sethianis. 1699.*
39. *De Malleolo Jobeleio. 1700.*
40. *De Jobeleo Lutheranorum. 1700.*
41. *De Monachorum Origine, incremento,*

& Decremento. 1700. 42. De Transilvania. 1700. 43. De Titulo Defensoris Fidei. 1700. 44. De Bibliotheca. 1700. 45. De Seculo. 1701. 46. De Statuis loquentibus. 1701. 47. De Annulo Trinitario, vulgò Drehsaltigkeit's Ring. 1701. 48. De Manu loquio. 1702. 49. De Mempsimaria. 1702. 50. De Oculiloquio. 1702. 51. De Columna ad quam Iesus flagellatus fuisse perhibetur. 1703. 52. De Hispania. 1703. 53. De Publicanis 1703. 54. De Orcane. 1704. 55. De Technophysiotameis, von Kunst und Naturalien: Cammern. 1704. 56. De Castro Rothentherg. 1804. 57. De Lucernis. 1705. 58. De Nuce Conscientie Tintinnabulo. 1705. 59. De Pediloquio A. 1702. 60. Lamprandologia Noribergensis. 1706. 61. De Anemocetis. 1707. 62. Mare Masorethicum infidum. 1708. 63. De Aliquid. 1708. 64. De Expeditionibus Cruciatibus, vulgò von Creuß Fahrten. 1709. 65. De Titulo Rex Regum. 1708. 66. De Duodecim Iudiciis Ifraelitarum. 1709. 67. Argumentum Cartesii pro Existentia Dei probanda, ex idea Dei innata desumptum & ab objectionibus liberatum. 1710.

1. Disputatio Historica De Sebaldo. Anno 1695. 2. De Q. Curtio. 1683. 3. De Cornelio Nepote. 1683. 4. De Salustio Crispo 1684. 5. De L. Annao Floro. 1684. 6. De Iustino. 1684. 7. De Valerio Maximo 1684. 8. De Cajo Svetonio Tranquillo. 1685. 9. De Vellejo Paterculo 1685. 10. De S. Aurelio Victore. 1685. 11. De Eutropio. 1685. 12. De Ammiano Marcellino. 1985. 13. De Paulo Diacono. 1686. 14. De C. Cornelio Tacito. 1686. 15. De M. A. Cassiodoro. 1686. 16. De Severo Sulpitio. 1686. 17. De Flavio Vopisco. 1687. 18. De Sexto Rufo. 1687. 19. De Aelio Spartiano. 1687. 20. De C. Julio Casare. 1687. 21. De Tito Livio. 1688. 22. De Ael. Lampridio. 1688. 23. De Plinio Secundo. 1688. 24. De Julio Capitolino. 1689. 25. De Marco Val. Corvino Messala. 1699. 26. De Trebellio Pollione. 1689. 27. De Paulo Orosio. 1699. 28. De Volcatio Gallicano. 1690. 29. De Sexto Julio Frontino. 1690. 30. De Formande. 1690. 31. De Quinto Fabio Pictore. 1690. 32. De Lucio Apulejo Madaurensi.

HUNGARIÆ LITERATÆ.

267

rensi. 1691. 33. De Julio Exuperantio. 1691. 34. De Julio Cesare Bulengero. 1691. 35. De Johanne Annio Viterbiensi. 1692. 36. De Johanne Meursio. 1693. 37. De Masurio Sabino. 1693. 38. De C. Julio Solino. 1693. 39. De C. Fannio. 1693. 40. De Bartholomao Platina. 1694. 41. De Abbate Urspergenfi. 1694. 42. De Francisco Hotmano. 1695. 43. De Barnaba Brissonio. 1696. 44. De Johanne Carione. 1697. 45. De Onuphrio Panvinio. 1697. 46. De Johanne Sleidano. 1697. 47. De Johanne Nauclero. 1697. 48. De Angelo Politiano. 1698. 49. De Johanne Aventino. 1698. 50. De Marco Antonio Coccio Sabellico. 1698. 51. De Antonio Bonfinio. 1698. 52. Vita Curriculum Georgii Philippii Harsdörferi. 1707. 53. De Mose Philosopho. 1707.

Neque verò dubitare velim, plures adhuc alias selectioris argumenti *Disputationes*, ejusdem Viri operâ in lucem proditura, dummodo Respondentium, & Expetentium eas, numerus aliquis se se obtulerit, vitamque ipsius Deus prorogaverit, quod ut fiat, votum meum est caldissimum.

Recensitis hisce *Disputationibus Programmata* quoque rarioris materiæ Molleriana subungere placet, quæ præter plura quidem alia, calamo duntaxat exarata, & publicè affixa, typis quoque sunt excusa, videlicet: 1. De *Historia nostri Seculi*, impressum Altdorfi A. 1646. in. 4. 2. *Programma de Fobeleis*. 1678. fol. 3. De *Præparatione Abiturientium in Italiam*. 1769. 4. 4. De *Mirabilibus Fulminum Operationibus*. 1681. fol. 5. *Promulsis Artis Heraldicæ, exhibita* 1681. 4. 6. De *Despotico Ludovici XIV. Gallia Regis Imperio*. 1682. fol. 7. *Invitatio ad Controversias Metaphysicas*. 1686. 4. 8. De *Diebus Criticis*. 1688. f. 9. De *Literarum Dignitate*. 1689. fol. 10. De *Incendio sine exemplo*. 1689. 11. De *Fortium Virorum premiis, in Mauroccis Militia Venetæ Imperatore adumbratis*. 1689. fol. 12. *Programma Pa-*

negyrica Orationi Funebri Johannis Georgii III. Electoris Saxoniae, à Dn. Eucharío Gottlibo Rinkio t. t. Juris Stud. (nunc J. U. D. & Juris Publici atque Canonici hujus Universitatis celeberrimo) habita, Altdorfii. 1692. prefixum. fol.

Ceterum haut prætereundum erit, Mollerum nostrum, quo paucioribus, eo certioribus Fautoribus atque Amicis usum fuisse, in quibus eminuisse dixerim *Philip. Jacob. Spenerum, Anton. Reiserum, Mart. Mezgerum, Joh. Paul. Wurfbeinium, Georg. Meierum, Vincent. Placcium, Athanas. Kircherum, P. Soc. J. Joh. le Tellier P. Soc. J. Vannovicium P. Ord. Benedict. Joh. Rudolph. Wetsteinium, Theod. Ianson. ab Almeloveen, Joh. Fabricium, Georg. Francum, Eliam Thomæ, Joh. Frid. Magnum, Joh. Henr. Horbium, Jul. Alexandr. Torquatium Lib. Baronem Novillæ*, qui Tetradisticho, quod effigiei dicti *Molleriani* incisæ apponi curavit, amorem, quo eum ipsum prosequebatur, satis superque visus mihi est declarasse, verbis tali serie metro innexis:

Elogia.

*Quod mortale cluit, Mollere, heic sculpsit Apelles,
Immortale quod est, non capit Artis opus:
Unius exemplum Vultus dat, & alterius Mens,
Vultus in Effigie; Hæc noscitur Ingenio.
Roma caput mundi; tum Magni Caesaris Aula,
Intuitu amborum TE coluere Virum:
Altdorfum tandem Te jussit munere fungi
Doctores: servet Vultum Animumque Deus!*

Molleriani Nominis ac Virtutis cultor & amator Achates, *Julius Alexander Torquatus*, Lib. Baro. Novyllæ, Sacr. Cæs. Maj. Consiliarius & Colonellus.

M. Valentinus Sutorius Eccles. Römhildensis Pastor, ac vicinarum Superintendens, in Carmine quodam Gratulatorio publicis typis, Altdorfii 1674. excusum:

*Resque adeo patet, ut Legati munere functus,
Sis coram ipso ausus Casare tute loqui.*

Perge

*Perge Tua patriæ justam defendere causam,
Fataque victuris tradere perge Libris.*

Pietatis & amoris penè filialis instinctu, non possum mihi temperare, quin adductis istis de *Mollero* nostro *Elogiis* & *Iudiciis*, Epistolam quoque adjiciam à B. Georgio *Paulo Rottenbeccio*, *Prof. h. l. Publico*, *Præceptore & Fautore* venerando, (*Genero quondam B. Joh. Pauli Felvingeri*): paucis ante obitum Anni 1710. beatissimi diebus benevolè mihi communicatam, quæ uti compendio laudatissimi nostri *Molleri* singulares, tum animi dotes, tum itinera feliciter confecta complectitur; ita patrocini-um pariter exponit, quo illustris *Respublica Noribergensis* Eum susceptum admovit *Academiæ*, quæ omnia eo tendere arbitror, ut hæcenus de Eodem à me prolata, fidem mereantur sine omni exceptione majorem.

Inscriptio ejus Epistolæ erat sequens.

Viro Nobili atque Excellentissimo Domino Joh. Paulo Felvingero, Philosophicæ Facultatis h. l. Decano & Professori Publico. Domino plurimum honorando. Altdorfii.

Abitum ad Vos parat Clarissimus atque Præcellentissimus Dominus Mollerus, Vir non vulgaris eruditionis, qui Galliam, Italiam, Britanniam, Belgium cum Germania, Hungaria & Polonia, non curioso saltem (*pro sæculi nostri more*) sed prudenti oculo utilissime lustravit, aulas præcipuè Leopoldi Augusti munere Legati Syndicique, pro conscientiæ libertate Patriæ relinquenda, fungens, penitus introspectit, sibi que ob fidei constantiam, morum sanctimoniam, Religionisque defensionem, apud multos etiam heterodoxos primos Majestatis ministros tantam gratiam conciliavit, ut optimè meritum, calidissimis quæ jubere poterant precibus, illustri nostro Senatui commendarint. Ego tantorum studia tacite miratus, vix ulla re Virum juvare potui, quia nostri Atlantes Generosi Septemviri, *Baumgartnerus* & *Fürerus*, nobilissimique Scholarchæ & plerique reliqui Patres Conf. tam benigne tantoque studio ejus protectionem, jam tum susceperant, ut im-

becilli fulcimento meo haut opus fuisse viderim. Et cui bono Pa-
negyricum scribo? laudemque è patronorum numero accerso? *ipse*met Tu Vir Excellentissime talem quem scripsi reperies vel
majorem, si meæ responderis fiduciæ; ego enim consilium pe-
tenti, cujus Altdorfi eligeret convictum, TE Tuosque ob sin-
gularem humanitatem, sinceritatem atque moderationem jure
meritoque adeo (*uti semper*) laudavi, ut jam ingenti desiderio
Tecum vivendi teneatur. Facies igitur rem mihi gratissimam, si
Mollerum nostrum humaniter susceperis, Tua domo, (*si licet*)
atque mensa perfrui concesseris: Ego protam insigni beneficio
(quod non secus, ac si in me collatum fuisset, æstimabo) prom-
ta parataque offi.ia mea spondeo, occasionem expectaturus, qua
speratum favorem, Tibi Tuisque inserviando, referre possim.
Ita vale, Vir Excellentissime & me ama.

Tuæ Excellentiæ

Noriberga 23. April. 1673.
*inter multas occupationes ra-
ptissime.*

additissimus

Joh. Paulus Ebner.

Illustris Reipubl. Norib. Senator.

Censuras verò quas de Viri hujus doctissimi Disputationibus,
spectatim de Autoribus Classicis conscriptis, hæcenus colligere po-
tui, hoc lubet ordine proferre:

Judicia.

Ex Literis Maximè Reverendi Viri Dn. Joh. Fechtii SS. The-
ol. Doct. & Prof. P. in Academia Rostochiensis, ad Dn. D. Wagen-
seilium 1695. d. 7. Febr. exaratis, quarum copia in familiari col-
loquio de Disputationibus Mollerianis, cum beato hoc meo Præcep-
tore habito, mihi facta est: Venit nuper in manus meas una alte-
raque Mollerii Vestri Dissertatio, vitam *Bulengeri*, & *Meursii*
complectens. Talem tantamque in describendis Doctorum vitis
dili-

diligentiam nunquam hæcenus conspexi. Bone Deus quantæ utilitatis foret, unam alteramque talium edi Centuriam: Fortè Te monitore ad talia adponeret animum, Vir omnibus & industriæ & judicii requisitis ad id opus instructus.

Ex ejusdem D. Fechtii Literis ad eundem D. Wagenfeilium 1699. d. 6 Martii Rostochio Altdorsiam perscriptis: Veneror colloque eruditionem Dn. Prof. Dan. Guil. Mollerii, cujus omnes Disputationes, quas undecunque conquirere possum, tanquam cimelia asservo. Bone Deus, si Vir ille ita pergeret, tam curiosè, tam exactè Virorum eruditorum Vitas enarrare, ut in compluribus æterna cum Nominis sui gloria id præstitit, qui labor me nonnunquam non tam in admirationem, quam stuporem adducit, tum verò omnes illas Vitas in unum congereret grandem Librum, simile profectò quid in hoc eruditionis genere nunquam lucem conspexisset.

Ex ejusdem D. Joh. Fechtii Literis ad Dn. M. Nicolaum Norby, Svecum, SS. Theol. Candidatum, Jenam A. 1700. d. 19. Febr. scriptis: Est in eadem Academia Altdorsina Dan. Guiliel. Mollerus, P. P. Vir curiosissimæ variæque Eruditionis. quem ex Disputationibus ejus rarioribus nosse sine dubio. Hujus, allegato nomine meo, utere consuetudine, Tibi omnino in plurimis non parum profutura.

Idem Dn. D. Joh. Fechtius in Collegio MSto. Historiæ Ecclesiasticæ ad Summarium Rechenbergii. Seculo IV. §. 10. In Altdorsina Academia Dan. Guil. Mollerus P. P. Disputationes plurimas edidit incomparabili diligentia scriptas. Et §. 10. Disputationem Dn. Mollerii nostri de Labaro Constantini doctissimam vocat. Et alio in loco ejusdem Collegii: Recentiores Antiquarios Dan. Guil. Mollerus, P. P. Altdorsinus incomparabili diligentia describit libris, editionibus &c. id quod ingens est momentum ad omnem eruditionem.

B. Doct. Joh. Christoph. Wagenfeilius, in Pera Librorum Juveniliū, Locul. 3. Synops. Hister. Univers. Parte altera p. 167.
Cere-

Ceterum quæ de *Livio*, aliisque multis Scriptoribus, cognita habentur, prolixis Dissertationibus diligenter eruditèque recensuit Gener meus Dn. Dan. Gvil. Mollerus, Vir Eximius, & non minus hōc, quam aliis laboribus, bene de Republ. Literaria meritus.

Excellentiss. Dn. Thomas Crenius, in Dissertatione Epistolica De Furibus Librariis A. 1705. Lugduni Batav. edita p. 41. Extat de Brissonio non sine diligentia congesta quædam Disputatio Dan. Gvil. Mollerii P. P. Altdorfini, ubi & habita & edita A. 1696. in 4. Et ibid. p. 48. De Hermanno Conringio hæc habet Dan. Gvil. Mollerus, vir multa lectione eruditus, in Disputatione sua Hist. de Onuphrio Panvinio, Altdorffii habita & edita. A. 1697. p. 23. §. 18. Mihi equidem tantum non tribuo, ut de omnibus Panvini Scriptis nunc Judicium feram: de libello autem ejus, quem de Comitii Imperatoris edidit, asserere haut vereor, ex eo tam exactam plurium rerum & antiquitatum Germanicarum hauriri posse notitiam, ut vix in Germano aliquo Scriptore, ante Goldasti, Pistorii, Freheri &c. ætatem ei similem liceat invenire.

In Decade I. Epistolar. ad Excellentiss. Mollerum nostrum missarum, & Altdorffii A. 1710. typis Kohlesianis impressarum, extat Epistola Christoph. Daniel. Mezkeri Med. Doct. & Pract. Ratisbon. famigeratissimi ad dictum Dn. Mollerum exarata, in qua tale de Eodem reperitur Elogium: Pro transmissis nuper Dissertationibus Historicis maximas repono gratias, quæ tantò plus delectant, quantò magis profunt: efficient hæc tandem opus immortale, dignum famâ celeberrimi Autoris sui, & ἱστοριογραφίας Mollerianam Clarissimorum Virorum Actis inferent; perge maxime eruditione Tua, & apotheosin hanc Tibi augurari permitte.

Quibus jungi queunt, quæ in citata Decade Epistola I. à Clemente Weigelio Med. Doct. sunt prolata: Ita mihi de tua humanitate persuasum est, ut de facie licet ignotus, coram Te comparere nullus dubitem. Effecisti nempe elegantissimis, quæ lucem publicam viderunt, meosque oculos haut subterfugere poterant,

rant, Speciminibus, ut inter solidissimæ Tuæ eruditionis cultores calidos principem mihi locum semper assignaverim. *Et Ibidem circa finem*: Cui (Nob. D. Christio, J. U. Lic.) tam licet esse felici, ut inter eos numeretur, qui Tibi sunt à latere, & colloquiis Tuis familiaribus fruuntur maximè salutaribus ac eruditis.

In illa ipsa Decade Epistolarum Epistol. VII. Joh. Hieronymus Wurfain J. U. D. attulit seqq. Est autem quod in chartaceo hoc æquore ad Te navigare mihi proposui, ratio & causa non solum in necessitudine affinitatis, quam inter nos habemus, sed & in certa ac frequenti fama, quam etiam Scripta Tua, quotquot mihi legere felicitas concessit, magis magisque adaugent, de inexhausta Tua Eruditione, & admirabili humanitate, ac promptitudine, de magna, qua abundas, copia scientiæ, aliis indigentibus aliqua informatione, & quidem in puncto quodam historico controverso communicandi posita.

Præterea eadem in Decade Epistola num. X. ultimæque à Michaelle le Tellier P. & Soc. Jesu, Collegii Paris. de A. 1682. scripta exhibetur, in qua sane egregia virtutum *Mollerianarum* lemmata occurrunt, verbis conceptis sequentibus: Non possum dissimulare, quam grave sit, quod Te adeò carum mihi caput, alienis in castris adhuc video, & quantum ad voluptatem legendi Tuas Literas, deque nostra amicitia cogitandi accederet, si sperare liceret, non esse illam brevi isto vitæ mortalis curriculo definiendam. Quæ si à me intempestive parumque prudenter dicta videbuntur, ignoscas obsecro, Vir Clarissime atque amantissime, cupienti mihi æternam esse, quæ modo svavissima mihi est, nostram amicitiam. Sed quod per alios efficere Deo visum non est, hoc Tibi per Te ipsum aliquando largiri, ut spero, dignabitur. Id enim ut ita fore confidam, facit candor ille ac sinceritas animi quam in Te agnosco singularem, & Ingenium præstans quod in Te est cum eximia conjunctum Eruditione: quibus præsidis quid verum sit, & assequi facile poteris propitio Numine, & agnitum profiteri voles.

Mm

Enim-

Enimvero mea jam pietas, reverentia, amorque efflagitaret, ut quanto in pretio *Mollerum* meum semper habuerim, habeamque, quantumque reconditori ipsius doctrinæ, ac polymathicæ eruditioni tribuam, prolixiore verborum apparatu exponere, inque debitas eapropter virtutum laudes excurrere; sed cum de insigni ac admirabili illius modestia, atque gloriolæ undecunque adscitæ detestatione, omnisque laudum quarumcunque aucupii averfatione, fatis mihi superque constet, nolo in comitis meis præconiis eum onerare magis, quam honorare; sed quò brevioribus, eò sincerioribus versiculis hisce extemporaneis votum meum comprehensum subnectere:

In Tua præclare ac excellentissime Moller,
Quo quæso fungar carmine facta bona?
Hactenus in Studiis constans Cynosura fuisti,
Hac eadem porro sis maneatque mihi!
Numen compenset Summum valetudine firmâ
Quæcunque accepi à dexteritate Tuâ.
Vivet Molleri celebratum nomen in ore
Usque meo, semper vivat in orbe & idem!

Scripta.

Monaldus, Jussiniapolitanus Dalmata, Theologus & Jctus, Archiepiscopus Beneventanus ex Ordine Minor. assumtus, vid. Willot. Athen. Francisc. p. 271. Labb. p. 95. Gerh. p. 625. Autor Summa Juris Canon. Monaldina, aurea dicta. Summa item Casuum & Quæstionum in Libb. Sententiarum. Lugduni. 1516. 8. Floriut A. 1332. Diversum ab hoc esse Monaldum Aconitanum, Ordinis Minor. A. 1288. martyrio coronatum, docet Labbaeus l. c. At Bellarminus, Willotus, aliique, unum è duobus faciunt. Conf. Olearius in Abaco Patrol. p. 317. Qvenstedius in Dialogo de Patriis illustr. Vir. pag. 264.

N. Na-

N.

Nadányi Johann *Nobilis Hungarus de Keres - Nadány*, concinnavit *Horum Hungaricum, sive Rerum Hungaricarum ab ipso exordio ad Ignatium Leopoldum deductarum Compendium, impressum Amsterodami A. 1663. in 12.* *Scriptum*

de *Nádasd* Franciscus, Perpetuus qvondam Comes (i. e. hæreditarius, secundum *Stylum Curie Hung.*) Terræ *Fogaras in Hungaria*: Judex Regiæ Curia. Religionis Evangelico-Lutheranæ, quam in Juventute profitebatur virili, in ætate immanis extitit persecutor, assentatorum enim caterva inflammatus, ex Inferioris Hungariæ cis atqve trans Danubianis partibus Evangelicos Sacerdotes, contra Diploma & Jussum Regium, ultra quadraginta ejecerat, & eorum Ædes sacras occupaverat. In Cæsarem tandem ipsum & Regem Hungariæ piissimum *Leopoldum*, gloriosissimæ memoriæ, clandestinis perfidiam exercuit machinationibus, & immemor ingentium ab eodem acceptorum beneficiorum, honorum, dignitatum, aïiarumqve complurium eminentium gratiarum regalium, immemor etiam præstiti à se jurenti fidelitatis & obligationis intemeratæ, per detestandam ambitionem, execrandamqve temeritatem, conspiratione contra Sacratiss. Cæs. atqve Regiam Majestatem cum Turcis inita, motibusqve intestinis in Hungaria excitatis ex uno in aliud scelus prolapsus est, ita ut perduellionis atqve atrocissimi criminis *Lese Majestatis* convictus, in Judicio criminali *Vienna* hujus ob causam peculiariter instituto, omnis honoris ac dignitatis jure privatus bonisque omnibus Fisco addictis, ad gladii supplicium condemnatus fuerit, executione per carnificem *ibidem*, publica in urbis curia 1671. die. 30. Aprilis peracta. Plura eaque specialia hac de re legi possunt, in *Vera & deducta Descriptione Criminalium Processu-*

um & secuti supplicii in tres reos Comites Franciscum de Nádasd, Petrum à Zrini, & Franciscum Christophorum Frangepani, quæ Vienna, typis Matthæi Cosimerovii impressa est A. 1671. in fol. 15. complectens philyras.

Scriptum Sub hujus Comititis de Nádasd nomine prodiit Noribergæ *Basilographia Hungarica*, stylo lapidari elegantissimo juxta & limatissimo elaborata, cujus titulus est: *Mausoleum Potentissimum ac Gloriosissimorum Regni Apostolici Regum & Primorum militantis Hungaria Ducum, vindicatis à mortuali pulvere reliquis, ad gratiam apud posteros memoriam, à plo & Iusto patre Dolo ere CsVM, cum versione Operis germanica. Noribergæ, apud Michaellem & Johannem Fridericum Endters A. 1664. in fol.*

THOMAS de NADASD,

COMES PALATINUS REGNI HUNGARIÆ,

EX vetusta Comitum *Poesenedios* prosapia, antea quidem clara & illustri, sed injuria postea temporis, ut sunt res humanæ, perpetuis fortunæ vicibus obnoxia, attenuata, & ad ordinem Equestrem redacta, oriundus, Patre *Francisco*, sub Rege *Matthia*, certi ordinis cataphractorum ductore, qui cum *prima literarum rudimenta* puer domi, privata institutione imbibisset, adolescens cura Parentum *Gratum* Metropolim *Styriæ* missus, *principia artium & reliquarum liberalium disciplinarum*, unâ cum lingua Germanica, quam perfectissime calluit, hausisset, inde adûltior factus, ope *Stephani Török* avunculi, primò Bononiam, postea Romam profectus, *complures annos in studiis Philosophicis* transegit, confirmatoqve multarum præclararum rerum, & lingvæ *Italicæ* cognitione, judicio, à *Thoma Cardinale*

Caję-

Cajetano, à Summo Pontifice ad sollicitandam apud Regem Ludovicum funestam & Hungaris perpetuo luctuofam Expeditionem contra Solimannum, in qua Rege ipso cæso, omnis flos militiæ & nobilitatis hungariæ cecidit, misso, pro interprete ascitus, in patriam rediit, & ab eodem Rege commendatus Secretarii munere magna cum laude est functus, tantique apud Regem brevi factus, ut Legatam miserit *Spiram*, ad Carolum V. & reliquos Romani Imperii Principes, comitia agitantes, sollicitatum auxilia contra Turcam jam antea promissa, ubi diu detentus, & non nisi inani spe dimissus, cum vix Regni fines attigisset, rumore perditæ Regis & deleti universi Exercitus passim diffuso, Commarinum recta contendit ad Reginam Mariam, quorsum illa Regem in Expeditionem profectum, unâ cum *Joanne Bornemisz*, Nutritio Regis, homine jam tum senectute gravato, ceterum ab initio singulari sapientia, & gravitate, ac magna rerum experientia clarissimo, ob eas dotes, ab Vladislao Casimiri morituro præ reliquis Baronibus Liberorum & Regni curæ Præfecto, belli finem illic expectatura, secuta fuerat, unde tumultuaria navigatione, magna omnium trepidatione arrepta, & navibus aliquot Regia gaza onustis submersis, Posonium pervenientes, postquam bonus Senex, & mortem Regis acerbissimè intemperantissimeque se afflicto, ferret, & de Regni statu constituendo, animo fluctuaret, *Nádasdi* præ ceteris omnibus delegit, quem ad *Annam germanam Ludovici Regis sororem*, jam antea Ferdinando Archiduci Austriæ nuptam, accedat, & ad maritum, & ipsum de obtinendo Regno, per mortem fraternam in se devoluto, tum quorum Magnatum operâ & autoritate facilius consequi possit, edoceat, Vaivodam siquidem Transilvaniæ haud dubie de eo præripiendo, modis omnibus, nisi maturaverint, laboraturum, qua in Legatione prout singularem fidei ingeniiqve dexteritatem *Thomas Nádasdi* erga patriam futurumque Regem declaravit, ita magnam, tum apud ipsum & conjugem ejus, tum omnes publicæ salutis amatores gratiam & benevolentiam sibi comparavit. Porro *Ludovico* in die

quæ memoria decollati *Joannis Baptiste* est sacra, cum copiis deletis, *Vayvoda* complurium Optimatum congregatis ut plurimum studiis & suffragiis, *pridie Martini*, tumultuarie propemodum se in Regem inaugurari fecit, *Ferdinandus* ab alia parte, adjuncta sibi faniore Baronum parte, & à fratre Carolo V. adjutus, ineunte anno, magnis cum copiis venit, & diadema Regni legitima electione, & magna omnium comprobatione, sibi delatum, mense Novembri suscepit, inde Budam contendens, expeditum habuit ingressum, Rege *Ioanne* in Poloniam, ejus metu, se recipiente, ubi constitutis publicis, quæ temporis brevis ferebat, rebus, Viennam redit, obeunteque rerum multo ante *Ioanne Bornemisza* Castrum Posonicum, ab eo in Præfectura tritum recipit, & Castra Comitatus *Ioanni Zalai* attributa, Castellaneatus Budenses *Thoma Nádasdio* cum imperio deferit, addita spe Castri ejusdem Fogaras perpetuo sibi deferendi. Cumque populari rumore percrebuisse, *Solimannum* ad preces *Regis Joannis* Budam sine mora obsessam & acceptam ei redditam, idque denuo impugnari, re quoque ipsa comprobari, reacquisitis & recuperatis rebus frustra obsideri variis omnibus, nihil eorum, quæ vel prudente ac forti Duce, vel milite animosissimo digna fuerunt, neglexit, verum fato res hungaricas ad excidium trahente, dum impressioni Turcarum ipse ab una parte, cum circa militum cohorte resistit, & manibus jam antea quassis, & bombardarum pilis pertusis subeuntes rejicit, ab alia parte cohors Germanorum, hostem inter ipsam dimicationem *Handio* oratione deditionem svadente, & cum vita immunitatem eum & facultatum libertatem pollicentem, admisit, qui eodem cum Germanis impetu irrumpens, Castellanium, & qui secum dimicabant, inopinato adorientes, compluribus cæsis capiunt, & in conclave proximum conjiciunt, factaque hoc pacto perfidia militum, deductione Germani in cœmeterium templi S. Johannis, sarcino omni spoliati deducuntur, de postridie exceptis paucis adolescentibus, quibus nefas ruinam indulerat, omnes trucidantur, Castellanus & ipse eodem die

die, ad Primarium Bassam Ibrahimum deductus, & ab eo, ut barbaro, præter decorum, intemperantiore oratione reprehensus, quod *Budam* Sedem Regis hungarici, Hungarus & ipse, contra naturalem Principem, & potentissimum orbis terrarum Monarcham Turcam, tam pertinaci & ferrea audacia propugnare ausus fuerit, ipse vero fidem & constantiam legitimo suo Regi ac Principi obligatam, præsentissimo animo brevibus excusante, mox à duobus Csausiis, & certo primariorum satellitio, ad Vadum Danubii missum, per Spatium Regi *Joanni* ad castigandam ejus temeritatem offerendum, re tamen ipsa in flumen præcipitandum, quo equulo vectus, cum in navim insiliisset, custodes additi, arrepto lago, eqvo detrahere dum conantur, interim ipso quoque reluctante, & ex lucta poste disrupta, in proximam navem se præceps conjecit, qua die haud dubie providentiâ per se soluta, magna colluctatione cum fluvio habita, circa vesperam tandem, vix desertur in adversam ripam, in qua Rex *Joannes* cum suis morabatur, & rectâ tentorium Regis ingressus, amplexatisque & exosculatis ejus genibus, veniam ab eo obtinuit, cum *Ludovico Grichio* coenantes, solutaque tandem coena, cum *Ludovicus* privatim pauca cum eo verba fecisset, *SOLERTIAM ANIMI, NATURÆQUE VIGOREM, LATINÆ ET ITALICÆ LINGVÆ SINGULAREM ELEGANTIAM*, gravitate moderatum, admiratus, in tentorium privatum abductum, & penula Italica donatum, multos dies in contubernio habuit, Regique tandem multis nominibus laudatum commendavit, qui & ipse multis & gravibus rebus probatum, postquam animadvertit, singulari Dei munere, multis naturæ ornamentis præditum, primò in Consilium adscivit, tandem delata ei Præfectura Agriensi, tum temporis Præsule carente, animadvertensque ad majora longe eum munia à natura instructum, tradita illi *Arce Hufze*, loco fodinis salis celeberrimo, cum oppidis ac reliqua ditione Maromarussii, ei annexa, titulo Thesaurarii auxit, quibus in rebus fortissimam quidem Regi operam navavit, interim tamen fidei jam antea Regi *Ferdinando*, tempore
Castel-

Castellanatum injici, data animo sibi obversante, conqviescere nunquam potuit, priusquam ab eo libertatem temporum, rationi se se accommodandi, per literas consequeretur, qua consecuta, violans Statum Johannis Regis; Turcicæ amicitia & defensionis obnoxium, olfaciens etiam amicitiam *Ludovici Grichii*, tametsi spatia benevolentia, in defendendo à Ferdinandi potentia Rege à Solimanno dati, fucata, re ipsa tamen nihil aliud agi, quam ut Hungaria à Turcis subjugata, Venetis vectigalis fiat, ipse vires & arma sua contra Italos & reliquas Europæ nationes, facilius domabiles convertat, nec multum absuit, quin conatus hos eventus comprobaret; constitutum quippe clam inter *Solimannum & Grichium* fuerat, ut Regi frequentissima omnium, quæ antea habuit Comitia, omnibus Regni Ordinibus, de gravibus Reipublicæ rebus cum iis consultaturo, indicenda persuaderet; ad quæ Turca præter opinionem, expectationemque omnium, adesset, & Rege cum Regnicolis Budæ oppresso, Regnum in suam potestatem redigat: Quare Rege *suasorem Grichianam* per simplicitatem animi approbante, contigit, *Secretarium Grichianum* necessitate privata, & *beneficiis acceptu Thoma Nadasdii* devinctum, rem omnem clam significare, quam & *Nadasdio* Regi sine mora communicante, Comitia statim revocata fuere: *Turca nihilominus* promulgatam jam expeditionem intermittere noluit, ne insidiæ ejus palam fierent, sed ne frustra Expeditionem instituisse videretur, levibus tantum, quas Campestris vocant, bombardis ruinatis, *oppidum Ginz* obsedit, quo per deditionem potitus, spe potiundi Regis & Regni frustratus, rediit. Quo facto, quid & quantum *Thomas Nadasdi*, non tantum Hungariæ, sed toti orbi Christiano profuerit, facile ex re ipsa colligi potest, videns igitur futuræ rerum *Joannis Regis* dubiam & formidolosam conditionem, accedente ad id legitimi Regis sui meritarum, frequenti cogitatione, nihil prius antiquiusque in votis habuit, quod si quo pacto ad ejus fidem redire eique ac Patriæ salutis operam perpetuam navare posset, nec defuit optimæ ac salutari voluntati

ti successus felix & fortunatus, *despondente enim sibi unicam filiam Ladislai Kanisai*, ex illustri, eaqve opulenta & potenti Baronum Regni familia, adito aliquoties Regē Joanne dimissionem privatim petiit defendendorum Bonorum uxiorum causā, partibus Ferdinandi jam tum in illis locis invalescentibus, quod postquam multis precibus obtinere nunquam potuisset, accepta tandem facultate domum revisendi, per literas ex itinere obedientiam ei Regi debitam, non sine magno ejus dolore renunciavit, & ad *Ferdinandum* magna cum congratulatione Amicorum postliminio rediit, quem & Rex non sine magna lætitia, jam antea ex multis virtutibus cognitum excepit & in pretio habitum, primo consilio allectum, Prætura liberarum seu sociarum civitatum, postea *Banatu Regnorum Dalmatie, Croatia & Slavonia*, Collega Petro Keglevicz auxit, tandem supremum Capitaneum Regni constituit, quo abdicato, officium *Judicatus Curie* attribuit, in quibus Præfecturis multa fortiter & præclare gessit, tam consilio, quam armis, & inter reliqua interfuit Expeditionibus, *Pestanae Rogondorfero*, *Jaurienti Mauritio Saxonie Lippensi Joanne Castaldo Ductoribus*, in qua, militibus impressionem segnius facientibus, vexillum Signiferi manibus acceptum primus in mœnia semiruta sustulit, & in oppidum desiliens, solus in capiendo, & victoriæ clarissimæ partæ occasionem præbuit, *Postremo cum Status Regni, de restituendo summo, secundum Regiam dignitatem, Magistratu Palatinatus, multos annos vacante*, frequentes fecissent Ferdinando preces, præ aliis *Thomas Nádasdi*, tam Principi, quam Regno dignissimus visus est, cui id ipsum muneris deferretur, quo integrum prope octennium administrato, præter reliquos labores, alia multa feliciter & sapienter, magna omnium admiratione gesta, duas contra Turcas fecit expeditiones, alteram subitam, ad deterrendam ab obsidione, *Babolcsa*, alteram anno insequenti, sub *Babolcsam*, ad liberandum, ab obsidione Bassæ Budensi *Szigethum*, recuperavit etiam *Hegyefum*, antea à Turcis captum, nullaque breviter aut Expeditiones contra Turcam, aut

Tractatus inter Regem Joannem, ac postea ejus viduam, & Filium intercessere, quibus cum legatis præcipuis non interfuisset, & autoritate & sapientia sua publicæ paci non studuisset, certumque est, eum ab initio svasorem pacis cum Vidua & Filio Joannis ineundæ fuisse, non in has calamitates Regnum, nec Buda in Turcicas manus venisset. *Apud Ludovicum præcipuos Patronos* quos singulari reverentia & fide coluit, *Ladislaum Archiepiscopum* Strigoniensem, & *Joannem Bornemiszam*, horum à quibus & ipse amatus & multis rerum incrementis est auctus, necessarios porro *Stephanum Mailad*, primo dispensatorem, seu, præfectum culinæ Regiæ, cui sororem germanam matrimonio junxerat, hominem angustis quidem, ingenuis tamen natalibus prognatum, *ceterum natura magnanimum, consilio celerem & acrem, & in re militari præstantem*, ut qui post fata Ludovici ad Baronatus honorem, & Transilvaniæ Præfecturam Ferdinandi munificentia evaserit, & *Joannem Szalai*, qui cum viventi Bornemiszæ Aulæ Præfectus fuisset; Postea liberalitate Ferdinandi, mortuo successit in Præfectura & Dignitate Comitatus Posoniensis, in qua & vitam finivit, quibus tam arcto ac vehementi amore conjunctus fuit, ut de communione rerum & fortunarum omnium, privato se juramento obstrinxerint, idque ad mortem singulari constantia coluerint; Unde factum fuit, quod Ferdinando Castrum & Comitatum *Fogaras* meritorum commemoratorum ergo jam antea promissum, ipsi donante, noluerit, nisi insertis horum quoque nominibus, Diploma exinde editum à Rege habere, tantaque in utrumque usus est liberalitate, ut etiam uxoria bona eorum usibus semper libera expeditaque fuerint, & *Fogaras* quoque Stephano possidendum permiserit, ex quo à *Vaiivoda Moldavia Petro*, per fraudem simulati colloqvii elicitus & captus, ac Turcico tandem Tyranno donatus, Cpli in perpetuis carceribus vitam finivit. *Mortuus tandem* & ipse in Castello *Egervár*. Anno Domini 1562. d. 2. Junii, ætatis 64. incredibili hominum Ordinum omnium, cum luctu, tum desiderio unico herede *Francisco* superstitite.

Ex

Ex Caspar. Jongelini Catalogo Palatinorum Regni Hungaria.

Paulus Jovius in Elogiis Virorum Literis Illustrum. f. 224.
Nec Thomam quoque Nadasdium, qui unus in Pannonia, pari studio Martis & Palladis antiquum decus tuetur, quoniam omnino prætermisurum ex his arbitror, quos intestini ac externi belli calamitas reliquos fecit.

Judicium.

Nádasi Johannes, natione *Hungarus*, patria Tyrnaviensis, natus A. 1614. Societati Jesu nomen dedit Græcii 1633. & vota quatuor solennia nuncupavit. Docuit Rhetoricam, Philosophiam, Theologiam moralem, & Polemicam de Controversiis Fidei, & evocatus Romam, ad componendas annuas literas Societatis, aliquot annis eo munere functus est. Duobus Præpositis Generalibus, *Gosvino Nickel*, & Johanni Paulo Olivæ fuit ab Epistolis latinis ad Provincias Assistentiæ Germaniæ. Postea redux in Provinciam suam, egit aliquamdiu Patrem spiritualem in Collegio Viennensi. Tandem Augustissimæ *Eleonoræ* Imperatrici, Ferdinandi III. Imperatoris Viduæ relicte, fuit à sacris Confessionibus in Domo Professa Viennensi.

Edidit ad excitandam & fovendam pietatem Libellos complures, & aliquos quidem tacito suo nomine, alios appposito; *Scripta.*
scilicet: *Mariam Matrem agonizantium*, Græcii, typis Vidmanstadii, A. 1640. in forma 16. Recusum Monachii, & Vienna: red-
ditum bohemicè & hungaricè, Tyrnavia. 1648. *Jesu & Maria Clientem*. Posonii. 1643. *Annum Sanctissima Trinitatis cultui sacrum*, pro omnibus Dominicis Anni. Posonii. 1650. in 24.
Annum morientium, & mortuorum solatio sacrum, pro omnibus feriis Secundis. Tyrnavia. 1650. *Annum Angelicum*, pro omnibus Feriis Tertiis. Antverpiæ. 1653. *Annum Pueri Dei Jesu*, pro singulis Feriis Quartis per annum ibid 1653. *Annum Eucharisticum*, pro singulis Feriis Quintis Tyrnavia. 1681. *An-*
num Crucifixi Dei Jesu, pro Feriis Sextis. Vienna. 1650. *An-*

num Marianum, pro singulis Sabbathis. Vienna. 1650. Annum
aternitatis, sive documenta morientium & mortuorum. Vienna
1650. qui simul cum septem precedentibus recusatus est Praga. 1663.
in 4. sub titulo: Annus Hebdomadarum Cœlestium. Annum
meditationum Cordis, in singulos anni dies. Roma. 1659. in 12.
Annum cœlestem. Colonia. 1667. editione 4. in 12. & Bononia. 1673.
Annum dierum illustrium Societatis, seu Mortes illustres. Ro-
ma. 1657. 8. Annum dierum memorabilium Societatis. Ant-
verpia. 1665. in 4. Annales Marianos Societatis Jesu è do-
meticis exemplis. Roma. 1658. in 4. Annum Johannis, sive de
Sanctis nomine Johannis appellatis. Praga. 1664. Menssem I.
Divini Amoris, Roma. 1662. in 16. Menssem II. Divini Amoris.
ibid. 1663. in 16. Menssem III. Divini Amoris. ibid. 1663. in 16.
Menssem IV. Divini Amoris, seu Theophilum Marianum. Ibid.
1664. in 16. Menssem V. Divini Amoris, seu Seraphinum. Pra-
ga. 1666. Menssem VI. Divini Amoris, seu Aurum ignitum.
Vienna. 1672. & iterum 1673. in 16. Hebdomadam meditando
aternitatis in singulos hebdomadæ dies. Roma. 1664. Cum Auctario,
Vienna, 1673. editio 9. in 24. Decima in 18. Hebdomadam
S. S. Ignatii & Xaverii cultui & imitationi sacrum. Colonia. 1668.
Diurnum Divini Amoris. Roma. 1669. & Praga. 1668. Di-
urnum quotidiana virtutis. Praga 1659. Diem S. Josepho Sa-
crum. Roma. 1656. Incitamenta Cultûs Beatissimæ Virginis, per
exempla domestica. Græci, 1651. De Imitatione Dei, Libros
III. Roma, 1657. Flammæ Sancti Amoris, seu Aspirationes
Theologicas. Ingelstadii, 1656. Hortos, Flores, & Coronas cœ-
lestes. Vienna, 1657. Pretiosas occupationes morientium è So-
cietate Jesu. Roma. 1687. in 4. Orationem de S. Jvone, sub
titulo: Pandectæ Porphyrogenitæ, Roma. 1642. Rosas Cœ-
lestes. Dilinga, 1654. Lilia Cœlestia. Vienna, 1655. Aulam
Cœlestem, seu Praxin colendi omnes Sanctos Ibid. 1663. Ho-
ras Marianas Angelicas, seu de Salutatione Angelica. Ibid. 1670.
& 1674. Annuas Literas Societatis Annorum 1650. & 4. se-
quen-

quentium. Dilingæ, 1658. Reges Hungaria à S. Stephano usque ad Ferdinandum III. Posonii, 1637. in fol. Vitam S. Emerici. ibidem, 1644. fol. Mariam, Portam Sanctam Æternitatis, Hungaricè. Posonii, 1645. Pharetram Spiritus, hungaricè. Ibid. 1649. Mortes illustres aliquorum de Societate, ab Anno 1647. Romæ, typis Varesii, 1657. fol. Heroas & Victimas Caritatis Societatis Jesu, ab A. 1647. Ibidem. 1648. in 4. Ex Alegambii Biblioth. Script. Societatis Jesu, auctam à Nathanaele Sotvello.

Náni Dominicus, gente *Hungarus* patriâ *Albensis*, col. legit *Monotessaron Evangeliorum*, in quo unacum sententiis Evangelicis omnes autoritates & sententias gentilium Philosophorum, Poëtarum & Oratorum, contulit, quæ cum singulis Evangeliorum locis concordare videntur. *Vid. Sixtus Senensis Lib. IV. p. 224. Bibliotheca Sancta.* *Scriptum*

Némethi Michael, *Szakmarinô-Hungarus*, Calvinianus, edidit *Tyrocinium Hebraicum*. *Franekeræ 1624. quod recusum est Scriptum A. 1667. 8.*

Némethi Samuel, *Szakmarinô-Hungarus*, Calvini dogmatum affecla, erat primò Lingg. SS. & Philosophiæ, deinde Theologiæ in Gymnasio Calvinistarum *Claudiopolitano* Professor, denique electi Transylvaniæ Celsissimi Principis, *Michaelis Apafi* constitutus Ephorus atqve Studiorum moderator. *Typis subjecit Explicationem Epistolæ S. Pauli ad Hebræos, Franckera. A. 1695. Scriptum in 4. Judicium de hoc libro vide in Actis Eruditorum Lips. A. 1695. p. 508.*

O.

Scriptum **Olabus** Nicolaus, Metropolita qvondam *Strigoniensis* & Primas Hungariæ, in lucem emisit *Historiam de Attila Rege Hunnorum, capitibus 18. comprehensam, quæ Bonfinii Decadibus Rer. Hungaricarum* inserta reperitur. Illam Historiam Archiepiscopus iste eruditissimus conscripsit per otium in Belgio, dum Consilijs & Fisco præfuit Regiæ Mariæ.

Ország Michael *de Guth, Hungarus*, de quo *Bonfinius Rer. Hung. Lib. I. Decade IV. hæc annotavit sequentia: Michael Ország, Comes Palatinus Regni Hung.* Vir fuit ea sapientiâ, probitate ac fortuna, ut cum sub Sigismundo florere coeperit, quem in Italiam Dispensator secutus est, sub quinque Regibus nunquam intercepta felicitate, ad extremum usque finem, vitam cum summa laude & autoritate peregerit. Hunc *Matthias* ob singularem prudentiam, experientiam rerum & æquitatem, abdicato *Ladislao Gara*, Palatinum creavit. Ejus Viri prudentissimi solenne dictum erat de Rege Hungariæ: *Quemcunque sacra Coronâ coronatum videris, etiamsi bos fuerit, adorato, & pro sacro sancto Rege ducto & observato.* Superfuit adhuc Anno 1464.

Ottrokocsi Franciscus. Vide vocem *Foris* p. 147.

P.

Pannonius Christophorus, scripsit *Elegiam ad D. Niscriptum colaum Perenottum à Granvilla*, quæ excusa est cum Gvil. Paradini

dini de Antiqvo Burgundiæ Statu libello; *Basileæ 1549. Vid. Simler. in Epitom. Biblioth. Gesn. f. 123.*

Pannonius Cœlius, vero nomine *Franciscus Gregorius* dictus, gente *Hungarus*, Prior S. Stephani Romæ, in monte Cœlio, circa Annum 1540. *clarus, Scripsit eximium Commentarium in Canticum Canticorum: Item in S. Apocalypsim D. Johannis Apostoli, ex omnibus omnium, tum veterum tum recentiorum castissimis Commentariis, collectum, qui impressus est Parisiis A. 1541. & Venetiis recusus 1571. Conf. Sixti. Senensis Biblioth. & Gvil. Crovæi Elenchus Scriptorum in S. Script.* *Scriptum*

Pannonius Janus vitalem in *Hungaria* hausit auram, seculo post Christum natum decimo sexto, parentibus haud ignobilibus: *Mater* quidem *Barbara* ante ipsum rebus exempta est humanis, qva de causa felicem quoque eam prædicavit *Eleg. lib. I. eleg. 10. Tu vero, inqviens, multum felix charissima mater, cûi cadere ante meas contigit exequias, Fratrem verò & Sororem, ipso vivente, adhuc superstites fuisse, ex eadem patet elegia, in qua cecinit h. m. Heu qvòd nec Frater nec adest Soror optima nobis, qvæ digitis oculos condat, & ossa legat, Nepos aliàs etiam is ipse fuit è sorore Joannis Vitesii, Metropolitæ Strigoniensis, Qvamvis autem in S. baptisinate Johannis nomine fuerit insignitus, imitatione tamen clarissimorum Poëtarum, tum veterum, tum recentium, Janus maluit appellari; prout rei hujus rationem ipse reddidit in *Epigrammatibus*, verbis metro alligatis h. m.*

Joannes fueram, Janum me pagina dicit,

Admonitum ne te, Lector amice, neges.

Non ego per factum sprevi tam nobile nomen,

Quo nullum toto clarius orbe sonat:

Compulit invitum mutare vocabula, cum me

Lavit in Aonio flava Thalia lacu.

Past-

Postquam puerilem ætatem, studiis ei convenientibus in patria consecrasset, sequenti deinceps tempore, ope operâque fratris matris suæ in Italiam profectus, *Ferraria* substitit, ubi annos septendecim sub *Gvarini Veronensis* disciplina apprime profecit : Atque in *stadio Poëtico* duce potissimum usus est *Galeotto Narniensi*, ceu ipse *Janus Elegiar. lib. II. eleg. 2. fassus est* :

*Si, Galeotte, meo te collaudavero versu,
Det veniam nobis cætera turba, precor.
Et si versiculos facio non prorsus inertes,
Doctrinæ fateor munus id esse tuæ.
Per te conscendi celsus Heliconis in arces,
Gorgonei fontem pes ubi rupit equi.*

Ceterum injuria fortunæ & temporum (quæ duo præclaris ingeniis, quo minus feliciter emergant, plerumque obstitisse, observata sunt,) Castra aliquamdiu sectatus est Janus, Marti magis deditus, quam Cupidini; sicut ex erudita illa *Elegia, quam Tito Strozza*, poëtæ Italo præcipui commatis, inscripsit, clarum est. Nil minus tamen non admodum denique ab amore & fœminis alienus fuisse, ex Epigrammatibus evincitur. Ex Italia redux, *Quingveecclesiensis in Patria Præsul* constitutus est, ceu ex elegiarum ejus *libro. I. eleg. 1.* colligere est :

*At postquam patria me reddidit Itala tellus,
Obtigit & juveni Pontificalis honos.*

Quod Episcopale munus splendidissimum cum plures per annos plurimis meritis oppidò egregiis condecorasset, atque validissimis favoris amorisque nexibus Episcopatu suo subiectos sibi obstrinxisset, multaque in Ecclesiarum ædificationem, Clericorumque sustentationem beneficia erogasset, tandem morbo correptus naturæ concessit. Quam charus autem is fuerit sacro Basilicæ suæ Collegio, vel hinc conjicere licuerit. Cùm nempe is ob Regis Matthiæ iracundiam, quasi hostis Reip. haberetur, & solemnia Viro iusta nemo persolvere auderet, Sacerdotes clam exanime ejus corpus in Sacellum *Quingveecclesiense* retulere, idque picato

picato scrinio diu reconditum habuere. Cum autem multò post tempore Matthias Rex Hungariæ forte Urbem illam & Basilicam inviseret, Sacerdotum Collegium Regi supplicavit, ut Joannis Poëtæ corpus, quod diu insepultum adservarant, præ metu iracundiæ ejus, debito sepulturæ honore jam honestare pateretur. Indoluit Rex tanti viri casum, falsam eorum opinionem ac metum increpuit; & ne Poëta insignis sepulcri honore fraudaretur, honestissimas mox exequias edixit. Pannonicus igitur, inqviente *Bonfinio decad. 4. lib. 3.* hunc Vates exitum sortitus est. Hæc Anno Salutis quadringentesimo Septuagesimo secundo supra millesimum accidere. Tumulo suo ipse Janus hexastichon inscribi mandavit istud:

*Quin etiam tacita jaceam ne ignotus in urna,
Signari hoc cineres carmine mando meos:
Hic situs est Janus, patrium qui primus ad Istrum
Duxit laurigeras ex Helicone Deas,
Hunc saltem titulum livor permittit sepulto,
Invidia non est in monumenta locus.*

Enimvero Janus iste Hungariam *græcæ* potissimum *latineque lingvæ* scientiâ egregie nobilitavit, quod ex elegantissimis ejus operibus, tam suo Marte conditis, quam è græco in latinum versis abunde potest cognosci: Et quidem ad *græcæ latine reddi-* *Scripta*
ta quod attinet opuscula; *Diomedis & Glauci congressus ex Homeri VI. Iliad. latino carmine expressit.* Deinde *Bruti & Galbæ in Plutarcho Vita latinæ* Pannonio Interpreti omnino tribuendas esse, *Joh. Sambucus in præfat. Poëmatibus Jani Pannon. præmissa* affirmavit, verbis hisce: quod ipsum de libro Veronæ à me viso, & à Gvarino emendato, testis oculatus confirmo: quin & *Ctesiphontis versionem* ab eodem Pannonio profectam fuisse ait, in eadem præfatione, qui (scil. *Sambucus*,) pro *Ctesiphonte* hujus ipsius quoque, (nempe *Pannonii*,) versionem pene absolutam habeo. In *Poësi latine* quid Janus præstiterit, Scripta ipsius metrica docere queunt, typis excusa hæc seqq. *Sylva Panegyrica,*

& *Epigrammata quædam*, Basilea, apud Joh. Frobenium, A. 1518. in 4. *Ejusd. Poëmata Venetiis impressa apud Gualter. Scottum*, 1553. in 8. cum Lazari Bonamici carminibus nonnullis: Item Basilea ab Oporino, in 8. suntque hæc: Ad Gvarinum Veronensem Panegyricus: Ad Jacobum Ant. Marcellum Venetum Panegyricus: Ad *Friedericum III. Imp.* pro pacanda Italia Carmen: Diomedis & Glauci congressus ex Homer. 6. Iliad. latino carmine redditus. *Elegiarum liber unus.* *Epigrammata.* Additæ sunt his *Elegia due* Baptist. Gvarini junioris, ad Janum Pannonium. *Ejusdem Panegyrici duo*, & *Epigrammata ultra omnes editiones alias à Joh. Sambuco edita Patavii.* Ceterum Poëmata Jani Pannonii vulgata sunt à Joh. Philipp. Pareo in deliciis Poëtarum Hungaricorum, Francofurti A. 1619. in 12. editis, eaque se excipiunt h. m. 1. *Panegyricus primus dictus Gvarino Veronensi, Præceptoris suo.* 2. *Panegyricus secundus, dictus Marcellino, Duci Venetiarum.* 3. *Ad Imp. Caf. Friederic. III. pro pacanda Italia.* Reliqua, tum heroico, tum elegiaco genere, de variis materiis, ad varias Personas, elaborata carmina, lubens jam prætereo, quippe quæ cuivis eadem nosse aventi, paulo ante citatæ Delitiæ Poëtarum Hungar. decenti ordine suppeditabunt. Præter ista in lectorum manus missa opuscula, quia plura adhuc alia in scriñiis ejusdem recondita fuerint diligentia monumenta, vel illa me dubitare non sinunt, quæ de MStis illius in Bibliotheca Budensi repertis *Julius Pflugk* tradidit in *Epistol. ad Vit. Ludov. à Seckendorf*; Ex tribus, inquit, selectis Codicibus MStis erat etiam chartaceus quidam Codex in quarto, continebatque Johan. Episcopi Qvinqueecclesiensis, qui tempore Regis Hung. Matth. Corvini claruit, Poëmata quædam latina miscellanea. Eundem Pannonium *Annales Hungaria heroicis versibus* uno in volumine colligasse, refert *Sambucus* in præfat. Poëmatibus Pannonii præfixa, ubi ait: Multa scripsit Janus, meditatus est plura numeris & perpetuo stilo; quorum quidem optima quæque vel interciderunt, vel potius, ab odio & invidia, ne lucem adspiciant, suoque tempore jugi fruuntur, alicubi pre-

mun-

muntur, *Annales certe Patriæ heroicis ipsum versibus uno in volumine colligasse, multi norunt*: quibus conficiendis quantum ipse se superarit, facile ex admiranda *Marcellina Panegyri* (quam unâ cum aliis, doctissimus & felix Poëta *Hilarius Canciuncula Venetiis* edi curarat,) quisque secum cogitabit. Utinam quidem, pergit *loc. cit. Sambucus*, hi Annales ejus aliquando Viennæ à me conspecti & lecti prodeant, carceresque perfringant: non secus, me Deus! atque Ciceronis aut Livii, quæ perire, mecum excipienda ducerem, tantum quisque huic Vati jure tribuendum censeat. Quod si Vulcano vel Istro sunt tradita, vel, ut quidam non dissimularunt, excrementis humanis loco abdito, foraminibusque putruere, manes invidorum luant pœnas: quod *φθόρος ἐξω τῆ δαξ θρόνυ ἰσάται*, ut est in Phædro.

Judicia de hoc *Pannonio* ab optimis quibusque Autoribus *Judicia* quam optima lata si heic adducere conarer, profecto plures iisdem paginæ implendæ essent: Ex maximo igitur eorum numero nonnisi sequentia afferre libet; *B. Rhenanus in epistola ad Joan. Sturmium per scripta verbis mentem suam exposuit hisce*: Sic hujus Pannonii me lectio totum rapuit, ut si cujus veteris alias. Habet enim carmen non anxie cûsum, sed plane elaboratum, & majore ingenio, quam curâ fluens. Præterea, reconditam eruditionem in Panegyrico ostendit: tantum fabularum, tantum historiarum intexendo. Sunt nonnulli, quibus parum placet, quicquid nostrum vel seculum, vel solum protulerit: à quibus ego dissentio, quippe qui Janum & Erasmus, tametsi hunc Germanum, illum Hungarum, non contemtius lego, quam Politianum & Hermolaum; imo quam Maronem, Tulliumve; quod mihi persuasum habeam, hujus temporis dicendi modum non minus nostro seculo, quantum ad eruditionem attinet, conferre, quam vel Tullii, vel Quintiliani &c.

Justus Lipsius in Epistola ad Fanum Lernutium, statim in
Oo 2 limi-

limine ait: Inter nostros Poëtas Leticium amo: Janum Pannonium æstimo: Scaligerum patrem admiror.

Bonfinius Decad. IV. lib. 3. Janus Pannonius utramque ab ineunte pueritia lingvam, latinam scilicet græcamque, imbiberat. Præceptor ejus Gvarinus Veronensis sæpe dicere solebat, se nullum adhuc ex Italis, peregrinisque discipulum habuisse, qui præstantiâ, docilitate, fœcunditateque ingenii cum Jano Pannonio conferri posset. Si latine loquebatur, in urbe Roma; si Græce, mediis natum Athenis affirmasset. Nil barbarici actio & oratio redolebat. Natum ad carmen ingenium reputaveris: in prosa oratione non injucundum. Quod si in publicis curiis & procellis non fluctuasset, nimirum cum priscis Oratoribus & Poëtis certare potuisset.

Joh. Sambucus in præfat. Poëmatibus Jani Pannonii præmissa: Janus Pannonius non solum æquales suos, optimarum artium studiis, & imprimis Poëtices commendatione, superavit, verum cum omni antiquitate certasse, de opinione, vel ex illo ad Paulum constat: Carminibus nostris nocet illud, &c. quam etiam non postremam tulisset, nisi morte præventus, ad immortalitatem commigrasset. Atque eam ad excellentiam, etsi natura illi subsidium non vulgare suppeditabat, labore tamen & constantia est affecutus, ut nihil anticipatum attulisse, nihil præparatum ad literas: omnia lucubrationibus, exercitatione peperisse omnia sit visus, exempla que non obscure præferant.

Idem ibid: Tomyris laudes, Trottae constantiam, & similia, quis non requirat? Si apparerent, elegantiam, majestatem, copiam non agnosceret?

Titus Vespasianus Strozza in Jan. Pannon, Elegiar. Lib. II. eleg. 3.

Vel lecta est Tomyris, nec non constantia Trotta,

Quas immortales, dive Poëta, facis.

Idem Sambuc. loc. cit. Illud non tacebo, Italos, Gallos & Germanos, totis hemisphericis facultatem & spiritum Jani aperte imitatos.

Idem

Idem ibid. Qværo, cur saltem qvo Turcæ furor nunquam pervasit; iis in locis Scholæ literatæ non fuerint, Scriptoresqve boni, qvibus expoliremur, recepti? Certe vero, Ingenia literis contigissent, qvalia, haud scio, an ullis gentibus ita copiosa, & ad Musas comparata universa videntur. Qvam qvidem laudem cum adhuc nonnullis partibus retineamus, tum de remotioribus à memoria nostrâ, velut clarissimum qvoddam fidus præluxit *Janus Pannonius, Episcopus Quinqueecclesiarum.*

Joh. Alexand. Brassicanus Epist. de Bibliothecis: Superiore ætate complures magni ac eruditi viri floruerunt, è quorum numero primas habent, Rodolphus Agricola Phrysius, Janus Pannonius Episcopus Quinque-Ecclesiarum, Johannes Trithemius Abbas, &c.

Paul. Jovius in Elog. Viror. Literis illustr. fol. 224. Sacratî Ordinis Antistes, literarum atqve virtutis studio præcellens *Joannes Pannonius* æterno poemate edito stabili fama commendatus.

Volaterranus Anthropolog. Lib. 21. fol. 245. Fuit & Ungaretus cognominatus vir Pannonius, in numero discipulorum Varini Veronensis Ferrariæ, postea Præsul Quinqueecclesiensis, qvi græce latineqve, sive carmina, sive prosam scriptitabat, ut non Barbarus, sed Romanus legitime imbutus videretur.

Joh. Petr. Lotichius, Biblioth. Poët. Part. IV. pag. 27.

Pannonius Vates Coryphaeus Pannonas inter,

Sidera ceu Titan eminent inter, ovat.

Thejologus, Miles, Vates, in utrumque paratus

(Vates præcipuos quod decet) ille fuit.

Idem ibid: *Janus Pannonius, Hungarus*, excellens sui seculi poëta, testimonio fuit illustri, Hungariæ patriæ suæ diuturnis ab hinc bellorum tumultibus implicatæ, juxta fortitudinem atqve rei militaris scientiam, qvibus præ aliis regionibus hæctenus inclaruit, nunquam præclara ingenia, Musarum pariter gloria triumphantia defuisse. Unus siquidem Pannonius iste, præeunte natura ad-

modum nutricia & benigna, labore, lucubrationibus, atque exercitatione, tantum bonorum, honorisque affectus est, ut unus facile in patriæ suæ ornamentum, eo tempore, sufficere posse videretur.

Erasmus Roter. in Epist. ad Joh. Turzonem, Vratislaviens. Episcop. Novum non est, apud Hungaros esse præclara ingenia, quando *Janus* ille *Pannonius* tantum laudis meruit in carmine, ut Italia ultro illi herbam porrigat.

Judicium Hieronymi Wolfii de Jano Pannonio videtur in Emblematibus Reusneri, fol. 339.

Ipse Janus Pannonius tale de se ipso tulit judicium, sequenti Pentametro inclusum: *Ille ego Pannonia gloria prima mea.* Quod sane non tam vanæ alicui jactantiæ, quam famæ publicæ ex veritatis fonte promananti in eum derivatæ fuerit adscribendum.

De eodem Jano judicium apud Aneam Sylvium reperitur hocce: Ex Hungaris qui studia humanitatis secuti ævo nostro claruerunt, duos novimus, *Joannem, Episcopum Varadiensem*, qui Regni Cancellariam obtinuit, & alterum *Joannem*, ejus ex sorore nepotem, qui sub Gvarino Veronensi græcas ac latinas literas didicit, nec minus versu quam soluta valet oratione.

De Johanne aliàs illo, Episcopo Varadiensi, hautquaquam heic prætereundum esse censeo, quæ Joh. Henr. Cunradi in Silesia Togata p. 59. memoriæ prodidit, his verbis: Joannes primum Episcopus Varadini in Hungaria, deinde Episcopatu sponte abdicato, Ord. S. Benedicti Vratislaviæ Monachus.

*Ante Varadinæ perhibebat Episcopus Ædis,
Post Bresla movi Religionis opus.*

Pannonius Paulus, natione Hungarus, Presbyter & Christianæ fidei propugnator Zelosus, doctrinæ omnigenæ ac virtutis strenuus cultor claruit sub Theodosio Juniore Rom. Imp. Extant hujus Viri ad Constantiam, Christo dicatam Virginem, de Virginitate & contemptu Mundi Libri II. Vid. Joh. Trithem.

Pannon-

HUNGARIÆ LITERATÆ.

295

Pannonius Stephanus, *Hungarus*, typis subjecit *Theses de Circulo Operum et Judiciorum Dei*, *Hannoviæ*, 1688. in. 4.

Paricz, Franciscus, natales suos nactus est *Papa*, oppido *Inferioris Hungaria*, Medicinæ Doctor fuit excellentissimus, ejusdemque per *Transylvaniam* & amplum *Hungariæ* tractum Practicus celeberrimus: prælo commisit *Librum de Arte medendi*, *Scripta idiomate hungarico conscriptum*, *Claudiopoli* A. 1690. 8. Item *Rudum redivivum: Seu, Breves Rerum Ecclesiasticarum, Hungaricarum juxta ac Transylvanicarum inde à Reformatione Commentarios*, *Cibinii*, 1684. in 12.

Parschitzius Christophorus, *Rosenbergâ-Hungarus*, Philosophus acutus, & Poeta facilis, Rector olim erat *Gymnasii Schemnicensis* in Hung. tandem ab officio justas ob causas à Superioribus remotus, incertis sedibus per Germaniam ad hunc usque diem circumfertur. Inter alios ingenii ejus amœnioris editos fœtus, meam in notitiam quæ pervenere, sunt: *Δυόδεκας Anagrammatica*, è *Floribus Indelebili Nomini inscriptis*, *Magnanimi LEOPOLDI Imperatoris Inviētissimi, Cæsaris semper Augusti, contexta; Longissimis ac Largissimis Manibus devotissime submissa, inque Templo Æternitatis ad majorem Dei gloriam, Cæsaris perennaturationem adorcam, Univerſa Christianitatis salutem, omnium subjeetorum felicitatem, in ipſo Feſto LEOPOLDO ſacrato ſuſpenſa: Cui acceſſit, Urbis BUDÆ expugnatio glorioſiſſima, Acclamatione atque Exultatione intermina. Et Jubileus Annus XXX. Anagrammatis auctus. AVGVſto ſeLICitateM à Deo Vno Volens & exOrans. Vittebergæ, literis Hakianis, A. 1702. in 8. Index Quingvagina Anagrammatum, Augusto & Inviētissimo Cæsari LEOPOLDO Anno 1687 Viginti, & Jubileo A. 1690, Triginta ſubjeētissime præſentatorum, per Eundem C. Parschitzium. Item *Dissertatio Philologico-Theologica de Baptismo Christi, ex Matth. cap.**

III. v. 16. 17. conscripta, & cum censura Venerab. Facultatis Theologica Wittebergensis, typis ibidem impressa A. 1663. in 4. Item Disputatio Theologica ex Matth. c. XII. v. 31. & 32. de Peccato in Filium hominis, & in Spiritum Sanctum, quam ibidem, sub Præsidio Dn. Joh. Deutschmanni SS. Theologiæ Doct, ejusdemque Profess. Publ. exhibuit Autor & Respondens A. 1668. quæ per ipsum Auctorem A. 1702. rursus est revisa, & typis ibidem Hakianis recusa in 4. Tabella Hungaria Ducum & Regum Christianorum, in qua eorum Ortus & Occasus, Regnorum accessiones & avulsiones, Provinciarum incrementa & decrementa, Bella domestica & extranea, cum varia vicissitudine temporum, brevi penicillo delineantur. Wittebergæ, A. 1702. in 8. in fine adjectus est Index rerum & nominum præcipuorum.

Parschitzius Daniel, prioris Frater germanus, major natu, Rector primùm fuerat Gymnasii Gustroviensis in *Holsatia*, tandem *Cremnitium* in *Hungariam* ad idem munus Gymnasii evocatus, ad diem usque mortis, quæ paucis ab hinc annis contigit, summa cum laude ac dexteritate illud obivit. Theologus Philosophus, Philologus & Poëta erat insignis, Musicus insuper instrumentalis suavis, atque Didacticus per majorem Hungariæ partem incomparabilis, quare Gymnasium etiam ipsius sub regimine semper fuit florentissimum, & amorem discipulorum expertus est ineffabilem. *Gustrovii* adhuc suo munere fungens contexuit

Scripta. *Breviarium Logicum* in Octo Tabellas, distributum, quarum I. agit: de *Natura Logica*. II. de *Termino*. III. de *Propositione* IV. de *Affectionibus Propositionis*. V. de *Syllogismo perfecto*. VI. de *Syllogismo imperfecto*. VII. de *Syllogismo Necessario*, *Probabili* & *Sophistico*. VIII. de *Methodo disputandi* IX. de *Definitione* & *Divisione Philosophiæ*. *Rostochii*, typis *Richelianis*, A. 1663. fol.

Item Octo *Tabulas Grammaticæ Sanctæ* I. de *Lectiōe*. II. de *Nomine*, III. de *Verbis Perfectis*, IV. de *Defectivis*, V. de *Quiescentibus*, VI. de *Præfixis*, VII. de *Suffixis*, VIII. de *Vocalium mutatione*.

atione, in *Horologium Schikardianum*: *Quarum ope, Ingenius Sanctissima Lingva Studiosus, bimestri spatio, Bihorium indies impendens, exoptatos in Analyfi & Synthesi profectus consequi valebit. Accessit Exemplum Lectionis & Analyseos Grammaticæ, cum methodo investigandæ radicis facillima.* Impressum ibidem A. 1662. fol.

Pauli Stephanus, gente Transylvanus, Pastor olim Claudiopoli Ecclesiæ Unitariorum. Obiit A. 1672. annos natus 43. Congessit Tractatum de locis S. Scripturæ controversis inter Unitarios & Trinitarios MSS. Misit ad posteros quoque suos Conciones latino idiomate conscriptas. MSS. Vid. Christ. Christoph. Sandius in Biblioth. Anti-Trinitariorum, p. 168. *Scripta.*

*Pater Paulus, Trencsinii in Hungaria prognatus, primum Rector fuit Gymnasii Evangelicorum Toruni in Prussia, denique Professor Mathematicum in Gymnasio Acad. Dantiscano. Edidit: Disputationem de Cruce in Luna visa d. 30. Decembr. A. 1680. Præ-Scripta. sive Joh. Andrea Schmidio. Jenæ. 1688. in 4. Item, Orationem in Laudem Rithalleri Bibliothecæ Guelferbitanæ Præfæcti. Insignia Turcica, ex variis superstitionum tenebris, Orientalium maxime Populorum, gemina Disquisitione Academica, in illustri Salana, in lucem producta: Ad summum Virum B. Philip. Jacobum Spenerum, SS. Theol. Doctorem &c. &c: Arcanorum Artis Heraldicæ Scrutatorem incomparabilem, Literarum Patronum, & ipsum Literatissimum singularem Jenæ A. 1687. in 4. Παλαί-
 φάττ περὶ ἀπίστων. Palæphati de Incredibilibus. Ad Illustres Vratislavien-
 sis Reipublicæ Scholarchas, & Excellentissimos Scholarum ibidem Inspectores. Cum Interpretatione Latina Cornelii Tollii, & Annotationibus Martini Brunneri, denuò recensuit, & Animadversiones novas hinc inde inspersit, nec non Doctrinas Morales, geminos itidem rerum & verborum Indices adjecit digessitque Paulus Pater, Hungarus. Opusculum cujusvis Facultatis Studiosis*

apprime utile, & ferè necessarium. Nunc primum in Germania
Græcè & Latine editum. *Frankfurti*. 1686, 8.

PETRUS PAZMANY,

S. R. E. CARDINALIS PRESBYTER: ARCHIEPISCO-
PUS STRIGONIENSIS : REGNI HUNGARIÆ
PRIMAS, ATQUE SUMMUS
CANCELLARIUS.

NAtione *Hungarus*, patriâ Varadiensis, vetustâ nobilitate, ducto etiam sanguine per Margaretam Massaiam matrem suam ex Marchionibus Massæ Italicis, clarus; Societatem Jesu à primâ statim ætate complexus, tantos fecit progressus in Litteris, ut in Academiâ Græcensi, summâ cum approbatione Philosophiam ac Theologiam publicè docuerit. Sed, qui ejus fuit zelus animarum, & juvandæ patriæ, Missionibus per Hungariam obeundis ita se impendit, ut eximiam suæ virtutis & doctrinæ commendationem, apud omnes quidem, sed apud Franciscum Cardinalem Forgácsium Archiepiscopum Strigoniensem præcipuè, obtinuerit, qui propterea multum ejus consiliis, dum vixit, est usus. Erat namque ingenio præstantissimus, judicio maturrimus; doctrina politissimus, eloquentia uberrimus Theologia juxta ceteraque omni litteratura, etiam de pulpitis, & prælo, dudum spectatissimus, rerum experimentis atque usu exercitatissimus. Has in eo dotes cum agnovissent Hungariæ Magnates, & Matthias Imperator Augustus, vitâ functo Forgácsio, invitum reluctantemque ab Apostolica Sede postularunt ad Insulas Strigonienses, ut habanti per Hungariam Catholicæ Religioni humeros supponeret, quibus, nullos toto Regno magis idoneos, magis oneri pares esse cognoscerent. Eas jussus admittere, spem, quæ de ipso erat, minime

nime passus est esse vacuum. Hæreses, quod ante diu cœperat, terrere perrexit & perfidiam profligare, tum pro suggesto publico in Templis, tum privatis congressibus, tum scriptis lucubrationibus. Nobilitatem Pannoniæ potissimum tempestitiva comitate, & sui indulgentia, ac morum sçavitare ad Ecclesiam Cathol. perduxit. Cleri Hungarici quàm exactissimam formam instituit, legibus, censura, synodis, disciplina, repurgatione, morum ipse integritate venerabilis, disciplinæ rigore formidandus, honoris Divini studio fervidus. Ædificia sacra Regiis penè expensis instauravit, aut excitavit; Ædem Cathedralem Tyrnaviæ; Cœnobium D. Claræ & Societatis Jesuit. Collegium Posonii, Asceterium Franciscanum in Arce nova. Demùm ob meritorum magnitudinem & spectatissimæ virtutis gloriam, postulante Ferdinando II. Augustissimæ memoriæ Imperatore, cui Pazmány summo erat in pretio, Romana Purpura à Summo Pontif. Rom. Urbano VIH. donatus est 13. Calendas Decembris, anno 1629. quàm ipse è Veteris Ecclesiæ maiestate ita sustinuit, ut summum illud dignitatis fastigium religiosâ humilitate decoraret. Legatus à Ferdinando Cæsare ad Urbanum Papam pro Germanicæ Ecclesiæ emolumentis, in sui admirationem convertit Urbem: tantam oris maiestatem, tam robustam eloquentiæ vim, tam profundam omnis sapientiæ humanæ ac divinæ ubertatem, tam singularem prudentiam, excelsum animum, constantiam, in agendo sçavitatem, in urgendo dexteritatem, absolutissimam denique in uno homine, & Principis, & Religiosi formam exhibuit. Societatem Jesu, quàm matrem suam & agnovit semper, & appellavit, benignissimè fovit, & beneficiis prosecutus est. Posoniense Collegium & struxit, & censu dotavit; Jaurinense adjuvit: in Homonenſe Patres S.I. plenè restituit: Tyrnaviense & locupletavit prius, & insigni Academia, quæ prima unquam in Hungaria instituta est, auxit. Collegia educandæ juventuti in Cleri Hungarici Seminarium Viennæ & Tyrnaviæ fundavit, & Societati administranda attribuit; quo vel uno nomine mirum quantum illi debeat universa, quàm latè patet, Hungaria. Demùm cum nova

moliretur indies ad amplificandam Dei gloriam, & Ecclesiæ Romanæ dignitatem, paucis post Piiſſimum Cæſarem Ferdinandum II. diebus, cujus obitum incredibili ſenſu exceperat, Poſonii, dum Viennam ad novum Cæſarem Ferdinandum III. conſalutandum maturat, in morbum incidit, qvo brevi conſumptus eſt die 19. Martii, anno ſalutis 1637.

Scripta.

Scriptiſit Eminentiſſimus Cardinalis Hungariçè : *Libellum precatorium*, ſapius recuſum. *Rationes x. apodicticas, quibus vanitas Lutherana Hæreſis oſtenditur.* *Libellum Anonymum v. Epistolarum, contra Petrum Alvinczum, Prædicantem Caſſoviienſem*, qui fidei Catholicæ veritatem auſus fuerat coram ſuis oppugnare. *Reſponſionem Chriſtianam, de Cultu Sancto- rum, & eorum pro nobis interceſſione*, Adverſus Nicolaum Gyarmathi. Græcii. 1617. *Reſponſionem ad Librum Petri Alvinczi.* 1619. *Conſultationem de fide capeſſendâ*; ſub nomine Michaëlis Veresmarti. Poſonii 1612. *Hodegum, ſeu, Ducem ad veritatem*, in qvo oſtenditur vanitas Sectarum Catholicæ fidei adverſantium, Tom. III. *Acceſſit Appendix v. Quæſtionum Epistolicarum.* Poſonii 1613. in fol. *Contra Fridericum Baldwinum.* 1627. *Lene medicamentum Civitati Varadienſi exhibitum ad- verſus morſus luporum; cum deſenſione libri de Scripturâ Sacrà, & Eccleſiâ, ſcripti ab Archiepiſcopo Strigoniienſi*: ſub nomine Stephani Sallai. Poſonii 1630. in 4. *Rationes, ob quas meritò Nobilis quidam à novis Sectis ad veram fidem tranſierit*, Epist. ad Illuſtriſſ. Evam Bottyáni. Ibidem 1631. in 4. *Conciones in Evan- gelia omnium Dominicarum, & aliquot Feſtorum per annum.* Ibid. 1636. in fol. *Thoma de Kempis, De Imitatione Chriſti, lib. IV. à ſe converſos.* Poſonii. Hæc Hungariçè : At Latinè ſcripſit. *Diatribam Theologicam, de Viſibili Chriſti in terris Eccleſiâ*, ad- verſus poſthumum Gvilielmi Witakeri librum, contra Cardina- lem Bellarminum, Græcii Styriæ, apud Georgium Widmanſta- dium 1615. in 4. *Peniculus Papporum Apologia Solnenſis Con- ciliabuli, in qvo Predicantes jura Eccleſiæ Catholicæ, & dogmata fue-*

fuerant ausi infringere : sub nomine Joannis Jemicii Parochi Senquicensis. Posonii, post alteram editionem 1611. in 4. in Aula Archiepiscopali. Accessit. *Appendix, quâ Anonymi Sicophanta criminationes in Pontificem Maximum, Rhythmis Pannonicis conceptæ, jugulantur.* Logos Alogos, contra Vellicatores Peniculi papporum : repetito typo Posonii unâ cum Hodego 1613. in fol. *Vindicias Escllesiasticas, adversus decreta Principis Betlen in Clerum Hungaria edita.* Viennæ typis Wolfgangi Schump 1620. in 4. *Acta & Decreta Synodi Diæcesana Strigoniensis, celebrata Tyrnavia die 4. Octobris 1629.* Posonii in Aula Archiepiscopali 1629. in 4. *Dissertationem, an unum ali-quid, ex omnibus Lutheranis dogmatibus Romanæ Ecclesiæ adversantibus, Scriptura Sacra contineat.* Posonii 1631. in 4.

Ex Alegambii Biblioth. Script. Societatis Jesu.

Ceterum notandum, quod eminentissimus iste Cardinalis *Pazmanus*, ob fundatam à se ipso primam in Hungaria *Tyrnavia* Academiam, alter dictæ urbis conditor audiat. Inaugurata autem fuit dicta Academia ab ipso *Pazmano* fundatore. A. 1635. d. 13. Novembr. brevique tanta cepit incrementa, ut numerus studiosorum excederet millenarium. Primum in Academia ista exercitium publicum fuerunt Theoremata quædam ex Logica Aristotelica, ventilationi exposita, in qua Disputatione Cardinalis ipse omnium primus opponentis vice functus est, quod & deinceps in mensuris Logicorum Disputationibus fecit. *Conf. vocem Raicsáni Georg.*

Pelbartus Ofvaldus, natione Hungarus, civitate *Temesvariensis*, Ordinis Minoritarum, Concionator eximius. Claruit A.C. 1501. secundum alios vero A. 1401. Scripsit volumen satis crassum, cui Titulum dedit: *Aureum S. Theologiæ Rosarium, juxta Scripta. quatuor sententiarum libros quadripartitum, ex doctrina Doctoris Subtilis, & D. Bonaventuræ, atque aliorum sacrorum Doctorum.*

Quartum ex hisce quatuor librum à Pelbarto morte prærepto nondum absolutum supplevit *Oswaldus à Lasco*, Pelbarti discipulus. *Prodiit integrum Opus Hagenœ. 1504. 1508. II. Vol. in fol. Venetiis 1586. 1589. Tom. IV. Brixia. 1594.* Extant præterea ab eodem conscripta, *Sermones de Tempore Dominicales, ac de Sanctis. Parisiis apud Franciscum Regnant. Quadragesimale triplex, videlicet de Pœnitentia, Vitiis, & Præceptis Decalogi; & Stellarium B. Virginis.* Unicum Opus ex hisce tribus confici solet, quod *Pomærium Sermonum* inscriptum, *prodiit Hagenœ. 1475. 1498. Venet. 1586. in 4.* Quin etiam ejusdem *Stellarium Corona gloriosissima Virginis impressum est Venet. 1587. Commentaria in Psalmos. Hagenœ. 1504.* Vid. Waddingus in S. O. M. p. 274. & Gvil. Cave, in Appendice Partis I. Histor. Litter. Scriptorum Eccl. fol. 132.

Petántzi Felix, *Nobilis Hungarus*, Segniæ Cancellarius, claruit A. C. 1480. ac deinceps. Ejus meminit *Joh. Cuspinianus* in fine Operis de Turcorum origine, religione, & tyrannide, his verbis: *Felicit Petantzii Commentarium, quibus Itineribus Turcæ sint aggrediendi, velut corollarium subjungo. Qui cum magna olim mihi fuit familiaritas, cum Oratorem Cæsaris Maximiliani Budæ agerem. Hic enim, & ad Bajazethem II. & Zelymum aliquoties ivit Orator, & planè multa Turcorum novit, quæ oculis vidit. Opusculi autem, quod deinceps subjungit, talis est Inscripção: Felicit Petantzii Cancellarii Segniæ Liber, quibus itineribus Turci sint aggrediendi, ad Vladislaum, Hung. & Bohemia Regem. Basileæ cum Alcorano apud Joh. Oporinum. Extat quoque Libellus hic inter Scriptores Rerum Hungaricarum. Præterea consignavit Petantzius Genealogias Turcicas: quo in Libro retulit Imperatorum liberos, dignitates, & matrimonia. Liber nondum excusus, fuit in Bibliotheca Joh. Cuspiniani, qui & Petantzius inter eos reponit, ex quibus profecerit in suo de Imperatoribus opere. Conf. Gerh. Joh. Vossius de Historicis Latinis. p. 607.*

inter

* *Floret Nobilis Petantiorum, Familia hodiernum in Hungaria inferiori maximè circa Danubium.*

Pilarik Stephanus, hujus nominis II. Vitæ curriculum ingredi cœpit. A. 1615. Patre *Stephano Pilarikio*, Pastore Ecclesiæ *Otsoviensis*, in pago Hungarici Comitatus *Zolomiensis*, prope Arcem *Vigles*, Christo collectæ; Matre *Anna*, nata *Mazurkia*, ex Sacerdotali in Hungaria familia. Anno ætatis 4. in Scholam est missus, quo uti tempore tum doctrinæ Christianæ capitibus, tum lingvæ germanicæ ac latinæ præceptis imbutus est, ita deinceps studio Theologico operam navans, Musicæ quoque artis fundamenta didicit, quibus adminiculantibus, primum Cantoratus officio in oppido Hungariæ *Ilava* præfectus, postea A. 1639. *Veterosoliensis* Ecclesiæ Pastoratus munere functus est, deinde fratri suo *Esaia* in oppido *Tepliz* in Comitatu *Sepusien*si sito, in ministerio Ecclesiastico successit, ubi etiam Consenior deinceps Venerabilis Contubernii fluvii superioris *Poprad*, cum Seniore M. *Clemente Kleinio*, factus est, atque aliquo interjecto tempore Præco Verbi Divini in *Sztrehoviensi* Ecclesia constitutus, publica quadam in Hungariæ Synodo publicus Orator designatus est. Anno autem 1649. *Sanct-Andream* oppidum Comitatus *Liptoviensis* vocatus est Ecclesiastes; inde *Trencsinii* Concionatoris Aulici munus obiit apud Illustriss. Comitum *Gabrielem Illyesházi*, quo tamen munere haud longo ad eod tempore functus, ad officium Ecclesiasticum *Bekaviam*, oppidum ad fluvium *Vagam* situm, vocatione præviâ legitimâ, exornandum contendit, denique *Bfenicium*, oppidum Hungariæ, Concionatoris ibidem sparta functurus, se contulit, ubi ob improvisam Turcarum irruptionem A. 1663. fuga in Arcem *Berents* vitæ suæ consulturus, à Tartaris in captivitatem abductus, variis contumeliis, corporisque cruciatibus vexatus est; Ex qua Dei ope liberatus tandem *Neosátsa* Misniæ oppido verbi divini sedulus ac sincerus Præco ad extremum usque vitæ diem per-

permanſit. Tam dura nempe, tamqve dira fueruat ejus fata per aliquot luſtra, ut juxta Teſtimonium à veneranda Facult. Theologica Wittebergenſi A. 1678. eidem tributum, ipſius pericula, ejus damna, & concatenata mala, plenam dent Martyrii hiftoriam. Publicavit hanc ipſe, commemoravit eandem Clariff. Filius, Dn. M. *Eſaias Pilarik*, Diſputatione peculiari Theologica, de *Perſecutione vera Eccleſie*. In Teſtimonio illo dicato appellatus eſt hic ipſe Pilarikius, *Vir afflictuſ, & in omnibus fere martyrii generibus tam ab orientali, quam occidentali Antichriſto diuturnis perſecutionibus exercituſ Chriſti Servuſ*. Alias verò in Teſtimonio à Reſtore Academiæ Vittebergenſi *Wernero Theodor. Martini*, eidem dato, elogium ſortituſ eſt iſtud: *Stephanuſ Pilarikiuſ loco inter Pannonuſ honeſtiori, cum propter literarum virtutumqve cultum, tum propter familie ac Neceſſariorum decuſ numeroſum ſatiſ, habituſ*.

Scriptum Multiplicibus ingenii ſui fœcundiffimi partubus Rempubl. amplificavit literariam, ex quibus innotuere mihi potiſſimum, ſequens: **דעו כי ה' לה יהוה הסדר לו** Currus Jehovæ mirabilis, **Das iſt / Ein wunderbahrer Wagen deſ Allerhöchſten / auf welchem Er wie von Anfang her / alſo auch noch heut zu tage / alſ ein wunderbahrer Gott und Führer / ſeine Heiligen und Glaubigen ſo wunderlich über Berg und Thal / durchs Feuer und Waſſer / Feind und Freund ic. in dieſer argen Welt führet / biſ Er Sie endlich auf Eliä Himmels-Wagen durch einen ſeligen Tod in die ewige Ruhe eingeführet hat / dargethan durch Steph. Pilarik, den Elteſten / an ſieben unterſchiedlichen Orten in Ungarn / ſchließlich in Mareſſeck Seniz geweſener Pfarrer / wie auch deſ löbli. Berenſiſchen Conſiſtorii per decennium Senioreſ: Anjezo aber nach vielfältigen und hochbetrübnerlichen Exilio auſ Hungarn / der exulirenden Chriſtlichen Gemeine zu Salza im Marg-Graſthum Meißen verordneter Prediger: Mit Lehr / Vermahnung und Troſt. Sprüchen / wie**

wie auch seinen eigenem Exempel, allen Frommen mit
 Creutz und Trübsal belegten Christlichen Herzen zur
 Lehre / Trost / Erinnerung / und Aufmunterung. Psalm.
 IV. 4. Wittenberg. im Jahr. 1678. in 8. Deinde *Primo-
 mos labores & Continuationes Joh. Hermannii.* Præterea *Sal-
 lomoneam Postillam Joh. Gerhardi.* Itemque *Postillam Tiesii in
 Tabellas Synopticas redegit.* Insuper publicavit *Gemitus Domini-
 cales & Festivales Evangeliorum* cum Titulo: *Favus destillans.*
 Das ist Sonntags und Fest Evangeliorum *Stuffer.* Edidit
 quoque *Meditationes hebdomadales,* cum titulo: *Harpha Davi-
 dica, idiomate Slavonico, Trencsinii impressa.*

Pilarik Stephanus III. Filius *Stephani Pilarikii II.* hæcenus
 commemorati. Bonis artibus & Theologicis imprimis studiis in
 Patria non minus quam in Vittebergenſi Academia innutritus,
 talentum à Deo ſibi conceditum, in diverſis Eccleſiis Evangelicis,
 tum in verbi divini prædicationem, tum in ſacramentorum admi-
 niſtrationem, fideliter impendit. Et quidem primò Tyrnaviæ,
 urbe Hungariæ liberæ Regiæqve, Eccleſiæ Bohemicæ officium ſuſti-
 nuit, ſermone bohémico ad populum Bohémicum habito, per in-
 tegrum triennium, quo emenſo temporis ſpatio, ob fidem Evan-
 gelico-Lutheranæ profeſſionem, in exilium abire juſſus eoqve 15.
 menſibus in patientia & ſpe tolerato, Modoræ, Urbe prope Tyr-
 aviam ſito, Bohémicæ ibidem Eccleſiæ in fide Chriſtiana erudi-
 endæ, præpoſitus eſt, ubi tamen vix integro anno exacto, alterâ
 vice, eandem ob cauſam, ſolum vertere debuit. In Sileſiam igitur
 abiens, in vico *Jordans-Mühl* / vulgo dicto, Eccleſiaſtæ mu-
 nus toto penè octennio vigilanter adminiſtravit: quo tempore
 elapſo, altera vice *Modoram* delatus, Eccleſiæ Germanicæ Con-
 cionatorem quintum in annum egit, tertiæqve vice perſecutio-
 nem paſſus, extorrem rursus vitam egit. Poſtea in vico Miſniæ
Neofalcia (*Neu-Salza*) dicto, in quartum fere annum func-tio-
 nem ſuſtinuit eccleſiaſticam. Demum à Joh. Carolo de *Neiſchitz*

Domino in Röhrsdorf & Thronitz ad officium Ecclesiasticum in Röhrsdorf obeundum vocatus est, ubi etiam diem obiit supremum.

Interea in compendio fata hujus Viri laudatissimi protulisse mihi videtur *Caspar Löschnerus S. Theol. D. & Prof. Wittebergæ Publ.* in Præfat. ad Lectorem: Stephanus Pilarik der Jüngere/ an unterschiedlichen Orten / als in Tyrnan und Modor/ Königl. Frey-Stätten in Nieder-Hungarn/ zu Jordans-Mühl in Schlesien / zu Neusalza in Meissen/ gewesener treuflüssiger / zu dreymahlen von Feinden und falschen Freunden oder Maul-Christen Verfolgter/ und daher wohlversuchter Diener Christi / anjehz aber durch sonderbahre Gnade Gottes nach Röhrsdorf wohlberuffener Seelen-Sorger ic.

Autorem hunc *Pilarikum* agnoscit sequens istud *Scriptum*:
Scriptum Neu. Vermehrter / von der Hochlöbl. Theologischen Facultät zu Wittenberg censurter, approbirter und recommandirter, auch mit 35. schönen Kupfer-Stücken gezielter Catechetischer Lehr-Grund / welchen durch Gottes Gnade / zu bezeugung seines danckbahren Gemüths gegen demselben/ für seine Ihme unzählich vielerwiesene große Wohlthaten / und sonderlich wunderbahre Errettung aus vielen Leibes- und Seelen Nöthen/ im Namen Jesu/ des einzigen Grundes unserer Seeligkeit / in Jordans-Mühl in Schlesien gelegt/ in der Königl. Stadt Modor in Nieder-Hungarn gebauet / und nun in Neu. Salza in Meissen ausgeführet / Stephanus Pilarik, nach dreysachen schweren Exilio und vielen von Feinden und falschen Freunden ausgestandenen Kränkungen / durch sonderbahre Gnade Gottes / und des Hochgebohrnen Herrn Collatoris, in Röhrsdorff Pfarrer. Budisim/ druckts Andreas Richter. A. 1693. in 8.

Pila-

Pilarik Stephanus, meo in ordine hujus nominis IV. proximè laudati B. Patris filius, paternarum virtutum hæres, Antistitem nunc agit Ecclesiæ *Schemnitziensis* Evangel. urbis montanæ in *Hungaria* celebris, qui ob singularem eruditionem, modestiam, pietatem, ceterasque Theologo condignas virtutes, ante paucos abhinc annos, in Superintendentem Generalem Ecclesiarum Evangelico-Lutheranarum Superioris Hungariæ meritissimè evectus est, cujus Vitæ curriculum atque fata, pietatis instinctu & cultus debiti impulsu, prolixioribus lineis lubens deducerem, sed in defectu specialioris ejusdem notitiæ, alteri tempori ac occasione id reservare cogor. Complura Opuscula quamvis Vir iste eruditissimus conscripserit, edideritque, tamen ex iis hætenus in meam notiam non nisi hæc gemina pervenere : *Zwölf-Jährige Evangelische und Epistolische Kirchen-Arbeit. Dresden 1691. in 8.* Item *Geistliche Himmels-Leiter* ibidem 1706.

Scripta

Ceterum plures *Pilarikianæ* Sirpis propagines, suis quæque nominibus expressæ, videri legique possunt in Dedicatione, quam M. *Esaias Pilarikius* Disputationi suæ de *Persecutione vera Ecclesiæ*, A. 1676. Vittebergæ sub Præsidio *Joh. Andreae Qvenstedii S. Theol. D. & Prof.* habitæ prætexuit: Qui etiam *Esaias Pilarikius* Disputationem præsidendo defendit Philosophicam, *De Ecclipsi Lunari*, Respondente Generoso Domino *Joh. à Schmidek* Nob. Hung. Vittebergæ 1680. in 4. Atque iste *Esaias*, natus est *S. Andrea* in Hungaria, A. 1650. Paucis ut multa, allusione nominis inductus, complectar :

Sunt Pilarikii Pilæ, firmæque columna

In Templis, variæ Sortis itemque pilæ.

Pinxnerus Andreas, Saxo-Transylvanus, conscripsit *Apodemiam ex Transylvania per Pannoniam, Austriam, Moraviam, Bohemiam, Myniam atque Saxoniam à se susceptam.* In qua Urbium status, situs, Ecclesiæ facies depinguntur, inqviiino-

rum juxta mores & studia, aliaque notabilia, quæ ad prudentiam Civilem & Historiam sacram pertinent, breviter inferuntur & exhibentur. *Prodiit A. 1694. in 12.*

Podhoránszki Daniel, *Hungarus*, prodire fecit Speculum Vitæ, ex diversis Codicibus Sacris excerptum & juxta Alphabetum à se compositum, *Posonii, A. 1671. 8.*

Preysius Christophorus, in *Hungaria* natus & educatus, Philosophiæ A. 1554. ac deinceps erat in Universitate Francofordiana Adjunctus. Quanti Virum hunc sua ætate Philip. Melancthon fecerit habueritque, satis superque apparet vel ex ejus *Epistolis*, ad eundem frequentissime exaratis, quarum numero 54. leguntur in Libro V. eoque ultimo *Epistolarum Melancthonis à Joh. Sauberto A. 1646. Noribergæ in forma 8. editarum*, in quibus tamen illum nequaquam *Preysium*, sed *Christoph. Pannonium* (more aliàs tum recepto & *Jano Pannonio, Steph. Szegedino*, aliisque claris Viris à patria cognomen adeptis, usitato) appellavit. Ejus sub nomine prodiit *M. T. Ciceronis Vita, Studiorum & Rerum gestarum historia*, ex ejus ipsis Libris testimoniisque potissimum observata atque conscripta: Item *Oratio de Imitatione Ciceroniana. Impressa sunt junctim hæc duo Opuscula Basileæ per Ludov. Lucium, A. 1555. 8.*

Opusculo illi priori præmissum legitur elegans *Judicium Casparis Peuceri* ad Lectorem de utilitate geminorum horum libellorum, nec non de facundia & doctrina Autoris, circa finem *Elegiæ gratulatoriæ* hisce distichis expressum:

*Judi-
cium.*

*Ergo Viri docti meritò nos Scripta probamus,
Nobile cui nomen Pannonis ora dedit.
In quibus eloqvii commendat divite vena
Hunc, qui dicendi fons & origo fuit.*

Ipse

*Ipse sua seriem si vellet scribere vita
 Tullius, aut Latio commemorare foro:
 Tali forte stylo verbis aut talibus usus
 Posset cum rigida plebe movere patres,
 Æmula tam tenet hunc Ciceronis cura sequendi;
 Cujus quod cernis dextera scripsit opus.*

R.

Radecius Valentinus, *Saxo-Transylvanus*, Senator *Claudiopolitanus*, *Socini* hæreseos sectator. Post se reliquit *MS. latine & hungaricè conceptum de Trinitate, duabusque in Christo Naturis*. Pater hujus viri erat *Valent. Radecius*, *Matthæi Geclanensis civitatis Secretarii filius*. Superintendens Unitariorum in *Transylvania*, & *Plebanus Claudiotopolitanus*, cujus extat *Formula administrandi Coenam Dominicam: cum annexa quarundam Questionum, ad eandem elucidandam, spectantium Solutione*. Item, *Precationes matutina & vespertina, impressæ Claudiotpoli, typis Georgii Abrugii. A. 1638. in 8.* Vid. *Sandius* in *Biblioth. Anti-Trinitar.* p. 106. & 156. Scriptum

Raicsáni Georgius P. Soc. Jesu AA. LL. & Philos. Doctor, ejusdemque Professor in Academia Archiepiscopali Tyrnaviensi Publ. Emeritus, ac Facultatis Philos. h. t. Senior. Cum A. 1707. die 30. Aug. Excellentissimo hoc Viro Brabevtâ, Magistri ibidem LL. AA. crearentur, prodiit *TYRNAVIA NASCENS sive Bela II. Rex Hungaria, cognomento Cæcus, Tyrnavia* (quæ urbs libera Regia audit & in publicis regni comitiis locum habet, sedemque præbet Archi-Episcopo Strigonienſi) *conditor, heroico carmine celebratus. Typis Academicis in 8. 3. phillyris. Nec non TYRNA-*

VLA CRESCENS, five, qvinque Hungariæ Antistitum de Urbe hac Academica literisqve præcipue meritorum gloriosa memoria panyirico celebrata, cum eodem *P. Raicsáni* Brabevtâ, A. 1707. 30. Aug. Magistri crearentur. Præsules isti sunt: *I. Petrus Pazmány* S. R. E. Cardinalis Prebyter, Archiepiscopus Strigoniensis, qui ob fundatam primam in Hungaria Tyrnaviæ Academiam alter dictæ urbis conditor audit. Inaugurata fuit dicta Academia ab ipso *Pazmano* fundatore. A. 1635. d. 13. Novembr. brevique tanta cepit incrementa, ut numerus Studioforum excederet millenarium. Primum in Academia ista exercitium publicum fuerunt Theoremata quædam ex Logica Aristotelica, ventilationi exposita, in qua Disputatione Cardinalis ipse omnium primus opponentis vice functus est, quod & deinceps in mensuris Logicorum Disputationibus fecit. *II. Georgius Lippai*, Archiepiscopus Strigoniensis, à quo *Collegium Generale Cleri Regni Hungariæ Tyrnaviæ* fundatum, ut & *Collegium Jesuitarum Trencsinienſe*, & *Cœnabium Franciscanorum Cremniciense* *III. Georgius Szelepcséni*, Episcopus Nitriensis post Archiepiscopus Colocsenſis, denique Archiepiscopus Strigoniensis, Seminarii B. V. Mariæ Tyrnaviæ fundator, qui etiam Basilicæ Tyrnaviensis turres extrui crustisque à stanno nitentibus superinductis exornari curavit, inque supremis tabulis quingenta plus millia in varia cœnobia & Collegia, in Gymnasia videlicet *Szokolcza*, *Leutschovia*, *Zolna instituta*, & Seminaria, aliasque pias causas legavit. *IV. Johannes Telegdi*, Archiepiscopus Colocsenſis, primus Convictus Nobilium, qui Tyrnaviæ est, institutor, & *V. Ferdinandus Pálfi*, Episcopus Agriensis, Scholarum ibidem Academicarum conditor. Typis Academicis in 12. 2. philyræ.

Ranzanus Petrus, patria *Siculus*, domo *Panormitanus*, Ord. Præd. Monachus, Ferdinandi Regis Orator ad *Matthiam Hungariæ Regem*, claruit A. C. 1478. quo ad *Ecclesiæ Luce-
rensis Præsulatum* evectus est: obiit admodum senex anno 1492. Scripsit *Annales temporum de omnium pene Gentium rebus*, in *Li-
bros VI. distributos*, quorum ultimus de *Rebus Hungaricis in Indi-
culos 36. divisus*, & *Matthiæ Regi Hung.* dicatus, solus superest. *Scripta.*
Eum cum *Appendice* à se adornata, primus edidit *Vir Cl. Johan-
nes Sambucus, Vienna Austria. 1558. in fol.* Eundem inter Hunga-
ricarum Rerum Scriptores recudi fecit *Joh. Bongarsius, Francof.
ad Mœn. A. 1600. fol.* In celeberrima dicti *Sambuci Bibliotheca*
nonnullas *Ranzani Orationes MSS.* asservari refert *Josias Simlerus*
in *Epitom. Biblioth. Gesneri. f. 564.* *Vitam & Res gestas B. Vin-
centii Valentini cognomento Ferrerii à Calixto Papa III. in Divo-
rum numerum relati in Collectione suâ* edidit *L. Surius* ad 5. diem
Aprilis. *De Urbis Panormitana antiquitate Opusculum.* Hujus
meminit *Fazellus Bibl. Dom. p. 214.* *De Laudibus Lucerina Ci-
vitatís*, aliaque plura adhuc inedita, ab *Ambrosio Altamura*
de *Rebus Sicul. Dec. I. lib. 8. p. 149. 173.* Vide *Gvil. Cavei Hist.
Literar. Scriptor. Ecclesiast. P. II. fol. 315.*

Gerh. Joh. Vossius de Historicis Latinis p. 567. Hic quoque
locus esto *Petro Ranzano*, non quia patriam ejus satis sciamus;
sed quoniam apud *Matthiam Corvinum, Hungariæ Regem*, trien-
nium Legatus fuit. *Ranzanus ille de omnium penè gentium Rebus.
Annalium libros scripsit LVI.* ex quibus ultimum duntaxat, at-
que id *Sambuci* beneficio, habemus inter Hungaricarum Rerum
Scriptores. Dividitur verò in *Indiculos 36.* Nam quæ post *Indicu-
lum 36.* sequuntur, non *Ranzani* sunt, sed *Sambuci*. Desinit autem
Ranzanus, in bello inter *Matthiam Corvinum*, & *Cæsarem Frederi-
cum III.* Eoque tempore vixisse, satis docent verba ista in fine *In-
diculi 36. Ubi tandem animadvertisset (Matthias à Frederico Imp. I
sibi verba dari, nihil ulterius protelandum ratus, sumtis armis,
Austriam, quæ regno est Hungaria contermina, invasit, belloque
dis-*

diuturno perdomuit: & hodie nemine reluctante tranquillissime possidet. Idem quoque sine Indiculi 27. ait se interfuisse exequiis Johannis Corvini, quæ incidunt in annum 1456. Ex iisdem autem fontibus hausit sua, unde *Bonfinius*. Nempe ex Indicibus Regum, quos Viennæ acceperat à Regina *Beatrice*. *Nec minus eum brevitatis commendat, quam Bonfinium, quod uberior sit, & tam multa adjungat de rebus Externis. &c.*

Judicium. *Foh. Sambucus in Prefatione ad Ranzanum:* Variæ apud Antiquos rationes colligendarum Historiarum fuisse videntur; hic verò Auctor per *Indices* quosdam Regum à *Beatrice* sibi Viennæ datos, ex iisdem, unde *Bonfinius* sua descripserat, ita deduxit ac illustravit, ut qui de Rebus Hungaricis aliquid prodiderunt, nulla ex parte sit illis post ponendus; etenim hac brevitate cuncta eleganter est complexus, ac nihil, quod in Historia requiritur, uspiam omisit: Atque hoc nomine hic Scriptor vel præcipuè cognoscendus, quod aliqua in *Bonfinio* vel interrupta, vel mendosa Librariorum incuriâ cum sint, hinc omnium admoneri, & non parum ad sinceram & integram veritatis cognitionem juvari queamus.

NB. *Haut incongruum itaque fore existimavi, nitidissimum hunc Rer. Hung. Scriptorem hoc inferere loco; tum propter Historiæ Hungariæ gravitatem; tum quoque ad refellendum errorem illum, quo à plerisque in Hungaria creditur propaginem suam populo debere Siculorum, seu Ciculorum, genti extremis in oris Transylvania Moldaviâ versis Sedes suas habenti, atque hungaricè Székely, Székelyek, dictæ. De qua gente Georg. à Reichersdorff in Chorographia Transylvania fol. 33. ita scribit: Siculia, seu Ciculia, Daciæ angulus, Moldaviæ regioni contiguus, ejus terræ populi dicuntur Siculi sive Ciculi, Scytharum (ut ajunt) genus, à quo originem traxere, suis vivunt legibus & moribus, suaque officia sorte distribuunt. Durum & asperum genus hominum, quasi bello natum, qui moribus, sermone, & vestitu non multum ab Hungaris discrepare videntur. Hi sunt Hunnorum antiquissimi, quos*
Siculos

Siculos seu Ciculos appellare malunt quidam, quod è Scythis originem trahant.

Rátkai Georgius, Nob. Hung. de Nagy-Tábor, Lector & Canonicus Capituli Zagrabiensis, typis mandavit: *Memoriam Scriptum Regum & Bănorum Dalmatia, Croatia, & Slavonia. Vienna, A. 1652. fol.*

Raygerus Carolus, *Posoniensis Hungarus*, Med. Doctor, ejusdemque in Patria hoc tempore Practicus haud infelix. *Disputationem Inauguralem, pro Licentia, summos in Arte Medica Honores & Privilegia consequendi, de Labrosulcio, seu Cheilocace, solo Deo Praside, solenni Eruditorum examini Altdorfii, Noricorum, in Universitate celeberrima, exposuit A. 1698. in 4. in qua ipsa Academia tum Panfophico XL. disciplinar. Collegio, sub moderamine Excellentiss. Dn. Dan. Guil. Molleri, PP. tum Arti Medicæ, sub manu ductione Experientiss. Doctorum Brunonis ac Hofmannorum, quadriennium optato cum profectu exegit.*

de Réva Petrus, perpetuus Comes Comitatus Hungariae Turociensis (quò hodiernum honore, ac titulo gaudet Illustrissima hæc Comitum prosapia) nec non Sacræ Regiæ Coronæ Hungariæ Duumvir, h. e. unus ex duobus illis Illustrissimis Comitibus, germanicè *Eron Húrter* dictis, eum in finem antiquitatis constitutis, ut turæ Coronæ custodiæ consuleretur, quorumque uno mortuo, novus denuò electus vicem illius supplet: Conscriptis ediditque insignem Librum: *De Angelica Corona Apostolici Regni Hungaria, Augusta Vind. A. 1613. quem postea auctior emendatumque denuò publicavit, Comes Franciscus de Nádasd (de quo p. 276. plura) cum titulo: De Monarchia & S. Corona Regni Hungaria Centuria Septem, quibus sub finem seorsim addidit: Catalogum Palatinorum & Judicum ejusdem Regni Ca-*

Scriptum
Rr *Paris*

ssaris Jongelini, Abbatis Eusersthalienfis, & dicti Regni Historiographi. Editio hæc altera excusa est *Francfurti ad Mæn. sumptibus Thomæ Matthiæ Götzii, typis verò Jacobi Laſche, Typographi Hanoviensis A. 1659. in fol.* Continet Annales Rerum Hungaricarum ab ortu gentis usque ad A. 1665.

Judicium.

Idem Franciscus Comes de Nádasd in Epistola Dedicatoria ad Ladislaum Comitem de Réva, Consiliarium Regium ac Cognatum suum, huic recenter editi operi præmissa: Anni vix 40. elapsi sunt, à quo Avus meus Maternus, Tuusqve Consanguineus Petrus de Réva Comes Turocienfis, insignem edidit Libellum de Angelica Corona Apostolici Regni nostri Hungariæ, succinctum sanè ac elegantem, & quo nemo brevius, clariusve illius Sacræ Coronæ originem, Regumqve variam fortunam, successionemqve ad hæc usque tempora summam descripsit, quod alii ingentibus tomis sunt affecti: Qui libellus post mortem auctoris vix amplius superstes, tandem interiisset, nisi in Bibliotheca Tua repertus eundem ab interitu vindicasses.

Scripta.

à Reichersdorf Georgius, Nobilis Transylvanus, Secretarius quondam Statûs intimus Ferdinandi I. Rom. Imp. & Regis Hungariæ circa A. 1550. ejus jussu cum legationis munus obiret per Transylvaniam, ad Moldaviæ Dynastam, quem ipsi Vainodam appellant, capiebat occasionem ex diligenti istius Provinciæ, dum Principem illum affectabatur, perlustratione, provinciam illam una cum rerum statu describere, quam postmodum in lucem quoque emisit publicam, sub titulo Chorographia Moldavia. Paucis abhinc annis construxit ad eandem normam etiam Chorographiam Transylvanie, quam eidem Cæsari humillimè dedicavit. Prodierunt ambæ primò Viennæ A. 1555. in 4. sub titulo: Transylvania ac Moldavia, aliarumqve vicinarum Regionum succincta Descriptio, cum tabulis geographicis, tam Moldaviæ, quam Transylvaniæ (quæ due duntaxat sunt) Anno verò dehinc 1595. annexa Martini Bromiovii Tartariæ Descriptioni. Prodiit Coloniz

Ag.

Agripp. in fol. Sub calcem huic Libro additus insuper est *Georgii Vernerii de Admirandis Hungariae Aquis Hypomnematum*, additâ *Tabella lacus mirabilis ad Cirknitz.*

Rhegenius Paulus Michael, *Transylvanus*, patria *Claudiopolitanus*, extra Ecclesiam orthodoxam natus, atque à puero Socinianorum Sectæ, omnium quas Sol videt pestilentissimæ, veneno infectus, *Claudiopoli* è *Transylvania*, quæ nidus erat istorum hominum, posito in *Electoralis Dresdæ* conversionis tyrocinio, ad salvificam & orthodoxam fidem, unicum Deum in tribus distinctis personis profitentem, rediit, quæ professione facta, summariam conscripsit ediditque *Dissertationem: De Oeconomia Redemptionis nostræ per Christum partæ, ubi præcipua controversiæ inter Trinitarios & Unitarios (vulgò Socinianos) circa Peccatum Originale, Personam & Officia Christi, Causam mortis ejus, & Satisfactionem strictim & dilucide pertractantur*, sententia Orthodoxa solidis argumentis stabilitur, Unitariorum verò opinio candide refutatur, per eundem *P. A. R. Prodit Lipsiæ, sumptibus Joh. Grossi, A. 1688. 12.*

Joachim. Fellerus Prof. *Lipsiensis* Publ. in *Carminè Gratul. Dissertationi dictæ Rhegenianæ præfixo, hoc eum elogio mactavit:*

*In Scripto, ingenii magnum quod prodit acumen,
Et lautâ dignum TE statione probat.*

Cui consonant ea, quæ Joh. Benedict. Carpzovius in Epistol. Gratulator. eidem Dissertationi præposita, verbis persecutus est prolixioribus, unde paucas duntaxat hæc depromere juvat lineolas: Accedit hoc specimen, quod in præsentia primam post conversionem edis, non eruditionis modo, quam in eo probas haut proletariam, sed & sinceritatis, ac omnino tale, quale decebat hominem liberaliter eruditum, qui Religionem ex orco revocatam, horrendam, blasphemam, ipsorumque Judæorum & Mahomedanorum perfidia deteriore, cui inde ab incunabulis addictus fueras, divinâ illuminatus gratiâ, renuncias.

Scriptum *Rimai* Johannes, Generoso stemmate in *Hungaria* inter Calvinianos natus, Vir non minus pius ac doctus, inque Poësi Hungarica æque ac Latina celebratissimus: Inter alios ingenii ipsius fœtus, extant quoque Hymni sacri dialecto Hungarica rhythmis alligati, singulari pietatis & devotionis instinctu conscripti, qui hodie in Protestantium per Hungariam Ecclesiis sunt usitatis. Simi, typisque impressi, extant junctim cum Cationibus L. Bar. Valentini Balássæ (de quo supra p. 28. jam actum) varia in forma, iteratisque vicibus *Leutschovia*.

Scriptum *Rithallerus* Michael, *Modora urbe Hungariæ* natus ibique educatus, emenso deinde studiorum Academicorum curriculum ad Rectoratus officium in Patriæ Gymnasio vacans promotus, id exoptato discentium cum fructu aliquandiu administravit, ingruente vero persecutione Evangelicorum, ipse quoque Patriam deferere coactus, in Germaniam se contulit, ubi refugio in Ducatu Gvelferbitano invento, Serenissimi Ducis auspiciis Bibliothecæ Gvelferbitanæ amplissimæ præfectus fuit, qua etiam in functione animam Salvatori suo reddidit. Inter alia ipsius Scripta, non nisi unica meo obtutui sese stitit *Dissertatio Acad. De Nobilitate Hungarorum, quam sub Præsidio Mich. Wendeleri SS. Theol. Doct. Vitebergæ A. 1664. bonis Artibus operam navans, publico eruditorum Examine exposuit*. Equidem egregium hoc & magni ponderis est Argumentum, sed nequaquam pro dignitate sua elaboratum, quippe in quo de eximio splendore, antiquitate, excellentia ac virtute heroica Nobilitatis Hungariæ, itemque amplissimis ejusdem immunitatibus, privilegiis, prærogativis, ac eminentiis, cum plerisque Orbis Europæi Nobilibus certantibus, altum est silentium. Optandum igitur foret, ut aliquis limatioris ingenii Vir, Rerumque Hungaricarum probè gnarus, illustrem hanc materiam majore curâ ac studio persequeretur. Interea plura de hujus Viri fatis ac Vitæ curriculo suppeditabit *Pauli Patris Oratio funebris in*

in Laudem Rithalleri Bibliotheca Gvelferbitana Præfecti, conscripta.

Rivulinus Johannes, Hungarus ex Transylvania oriundus, Vir in Deiparam Virginem affectu singulari, cujus aspectu creditur fuisse recreatus : In Societatem Jesu adscitus est Anno salutis 1587. ætatis 19. Spiritualium lege IV. Vota emisit. Edidit tacito suo nomine : *Fasciculum laudum B. Virginis Mariae.* Vide Alegambii Biblioth. Soc. Jesu auctam per Nathan. Sotvellum fol. 270. Scriptum

Magister *Rogerus*, Hungarus, patriâ *Varadiensis*, ejusdemque Capituli Canonicus, circa A. C. 1250. *Historiam* scriptis mandavit, hęc titulo : *Epistola in miserabile Carmen super destructione Regni Hungaria per Tartaros facta*, ad Reverendum Dominum *Johannem, Pesthiensis Ecclesia Episcopum.* Epistola hæc in Capita est divisa. In Præfatione ait, ea se referre, quæ vel vidisset ipse, vel ab iis accepisset, qui præsentibus fuissent. Subjici verò solet Chronicis Hungaricis *Johannis Thuroczii.* Imo *Bonfinius* ipse tatetur, multa ex illa Historia in Decades suas Historiæ Hungaricæ se inseruisse v. g. Decade II. Lib. 8. f. 207. *Rogerus unus e Collegio Sacerdotum, ex cujus Commentariis ista colligimus, cognito Tartarorum incursu, confugit in sylvas, ubi aliquandiu tuto delituit, ut hujusce exitii testimonium perhiberet.* Idem fol. 299. lin. 9. *Rogerus, ex cujus Commentariis (veluti supra memoravimus) ista colligimus.* Scriptum

N. Roka Croata, Episcopus Tinenfis, Regni *Croatia* Primas, Anno 1683. Aulas Principum Protestantium in Germania accessit, & teste *Wagenseilio ad Alixium*, ex quo hæc trado, Pontificis nomine proposuit varia media Religionis reuniendæ. En vero ipsissima *Wagenseilii*, ex Epistola ad Alixium d. 5. Febr. 1684.

verba: *Episcopus Tinenſis*, Primas Croatiae, univerſas aulas Principum Proteſtantium in Germania jam obit, & Pontificis nomine iſtis proponit varia media reuniendae religionis. *Calixtus* Theologus Helmſtadienſis ſæpenumero cum eo contulit ſermones, & en iſtius verba, quibus in Epistoſa ad amicum rationem reddit ſuarum cum Episcopo Tinenſi collationum. *A tempore Reformationis nunquam auſi fuiſſent Proteſtantes à Papa poſtulare, quod Episcopus iſte iſtis jam ejus nomine offert. Caput rei verſatur in habendo Concilio univerſali, quo durante Anathemata Concilii Tridentini ſuſpenſa eſſe, atque ſi ita videbitur poſtea, re probe examinata, plane abrogari debent. Concilium itaque Tridentinum novo examini denuo ſujiciendum erit, & autoritate Concilii proximi, in quo nos non rei erimus, ſed inter judices locum tenebimus. Ac quoniam hæreticis dignis anathemate, locus in Concilio eſſe nequit, Pontifex ſolenni Bulla declarabit, Proteſtantes neutiquam habendos pro ejusmodi hæreticis. Viciffim cum Anti-Chriſto non magis integrum ſit intereſſe in Concilio quam hæreticis, Proteſtantes profitebantur, ſe Pontificem pro Anti-Chriſto minime habituros, cum & ille *κεκτημενα* Anti-Chriſti abjecerit, renunciaverit aſſueta prius tyrannidi, & probitatem Veterum Episcoporum Romæ iterum adoptaverit: E contrario itaque illum reputaturos ſupremum ac primum Patriarcham Chriſtiani orbis, cui Primatus debetur Ordinis, non Primatus Jurisdictionis. Omnibus & ſingulis concedetur Euchariftia ſub utraque, non quidem ut jure divino, ſed humano atque Eccleſiaſtico: Clericis etiam fas erit, conjugium inire, iteratum quoque. Porro jure Principum Proteſtantium, quacumque in ditionem noſtram redacta tenemus, ſervabimus, neque unquam à nobis repetet Romana Eccleſia, quæ de bonis Eccleſiaſticis jam poſſidemus. Mirum eſt, addit Wagenſeilius, huic homini à Principibus noſtris fidem haberi, neque animadverti, quod latet myſterium. Quomodo Heidelbergenſes cum illo egerint, Heideggerus in vita Joh. Ludovic. Fabricii refert p. 95. Sequentis anni menſe Novembri Tinenſis Epiſcopica-*

Piscopus Heidelbergam rediit, sperans fore, ut à recenti Electore impetret, quod à defuncto frustra sibi promiserat. Elector Fabricio & Collegis ejus Clarissimis, Friderico Miegio, & Johanni Wilhelmo Matthao in mandatis dedit, ut propositum ejus percontentur, & de eodem sic cum ipso prudenter & circumspèctè conferant, ut de religione seorsim & privatim, nec non sine auctoritate & potestate à Papa ipsi collata, & quæstione insuper de Infallibilitate Romana Ecclesiæ, & spiritali Papæ in omnes baptizatos jurisdictione non prius decisa, paciscendi insuperabiles difficultates ipsi ex vero repræsentent, spemque successus ex tali agendi modo omnem adimant. Id cum rationum invictarum ponderibus ei propositis præstitissent, instare ille velut odio, & tundendo, saltem judicii sui de confessione communi, quam ille à se adornatam antehac exhibuerat, copiam facerent. Cumque nec hoc sibi licere, metu secuturæ ipsos inter Protestantes discordiæ & dissidii, Palatini regessissent, & Confessiones Protestantium in aperta luce positas, consensum & dissensum Evangelicos inter & Romanenses clarissime decidere asseverassent, ille frontem contrahere, indignari vehementer, & postero die querelas apud Electorem gravissimas movere, quod sic Christiana charitas, quæ pacis studium severè commendet, violetur; Caesaris, qui, privatis sententiis & suffragiis succinctus, in plenis Comitibus negotium agitare constituerit, propositum sufflaminetur, imo ejus auctoritas vili floccique pendatur; Palatini seipsos à Protestantibus reliquis, qui jam Confessioni illi subscripserint, separent, & ceu apertos Schismaticos, Christi & corporis Christi hostes turpiter prodant, reliquorumque violentiæ & Dei ipsius maledictioni objiciant; denique etiam Hungarorum Protestantium, quorum potissimum causa Caesar concordiam ejusmodi moliatur, capitibus majus infortunium concilient. Tales ille sententias & diras prolocutus, quid monstri aleret, ambiguum remini reliquit. Fabricius certè, Collegarum nomine Scripto ad Electorem exarato, veteratorias Tinenis artes egregie apricatus est, jussive sic ab Electore Theologi

logi sunt, generali responso, ore solo, non scriptotenus deprimendo, apud Tinensem defungi, quo accepto ille propere Heidelbergam discessit.

Ræschelius Joh. Baptista, primam vitæ usuram hausit *Sempronii in Hungaria*, patrio in Gymnasio humanioribus æque ac philosophicis imbutus studiis, amplius deinde illa in Academia excoluit Vittebergensi, tùm Michaelis Waltheri, tùm aliorum Philosophiæ Professorum informatione usus dexterrimâ, eximios in Philologicis, Philosophicis, præcipuè Physicis & Mathematicis fecit profectus: quibus fundamentis recte collocatis, Theologiæ operam suam unicè addixit, totumque se rebus divinis consecravit: unde factum est, ut non tantum in Philosophiæ Adjunctorum collegium ibidem cooptatus, sed postea etiam Physicæ Professioni admotus, S. Theologiæ quoque Doctor renunciatus fuerit. Enimvero diu multumque de Viri hujus Excellentissimi, ac Celeberrimi, uberiore Biographiâ nanciscendâ, licèt hactenus cogitaverim, atque ea etiam de causa ad unum alterumve Vittebergæ hoc tempore Musis litantem Amicum literas exaraverim, hunc tamen usque in diem nulla inde responsione ad me perlatâ, num imposterum voti hujus mei, sanè ut opinor, æquisimî, compos forte futurus sim, haut liqvere mihi fatendum est. Interea ex plurculis sine dubio editis ipsius *Opusculis* ac *Disputationibus*, alias præter paucas has seqq. adducere nequeo: Nimirum 1. de *Teletis sive Græcorum Theologia Physica*. Respond. M. Joh. Ephraimo Gnospio *Gedanensi*, Vittebergæ. A. 1706. in 4. 2. *De Conscientia*, Respond. Georgio Hegyfalusio, *Hung.* Ibid. 3. *De Mundo*, Resp. Christ. Agricola, *Bernstad. Silesio* Ibid. 1693. 4. *De eo, quod Sæpius habetur in Rebus Naturalibus*, Respond. Joh. Erdman Daschizki, *Pratislav.* 1695. 5. *Alia ejusdem Argumenti Disputatio*, Resp. Abrah. Vater, *Vittebergensi Sax.* Ibid. 1707. *Judicia & Elogia* quamvis plures apud Autores de Viro hoc famigeratissimo extare credam præstantissima, quia verò in

Scriptum

inpræsenti non vacat, hinc inde eadem collecta heic producere suffecerit ad illud unicum *Elogium* provocasse, quod supra p. 163. allatum est, ex quo sanè, tanquam ex ungve leonem, insignes hujus Viri virtutes satis superque licet colligere.

Rubigallus Paulus, *Hungarus*, typis exscribi curavit *Hodæporicon itineris CPTani*, carmine Elegiaco excusum Vitebergæ, 1544. chart. 3. *Querela Pannonia ad Germaniam* chart. 2. *Scriptum Addita sunt Philippi Melanchthonis, Joachimi Camerarii, Melchioris Acontii, Aucturi Phrisii in commendationem auctoris Epigrammata*. Vid. Simleri Epitoma. Biblioth. Gesneri. f. 547.

Rumer Gregorius, P. Soc. Jesu, gente *Hungarus*, patriâ Baonienfis, post explicatam Græcii Philosophiam, aliis in Societate Jesu muneribus perfunctus, Rectorem egit Olomucii, ac demum temporibus difficilimis, Austriæ Præpositum Provinciale, cum ab ea fuisset Bohemia sejuncta, primus eam Provincialis obtinuit, in eoqve Magistratu vita functus est *Bruna, die 29. Septembr. A. S. 1627. ætatis 57. Religionis. 35.* Vir fuit moribus suavissimis, & eo nomine omnibus, ipsi etiam Cæsari Ferdinando II. carus, qui cum eo multum sibi commodorum interiisse publicè testatus est. Modestiam, constantiam, mansuetudinem, fortitudinem, caritatem, prudentiam suam, turbatissimis rebus egregiè probavit. Eximiâ fuit in Deum pietate, in suos Moderatores observantiâ, in Magistratus etiam civiles reverentiâ, in Ægros teneritudine; in Afflictos lenitate, indulgentiâ, patientiâ, malens cunctando sanare, quam perdere festinando. Pauperum miserebatur impenitè, & pro copiâ, quæ illi erat, subveniebat ipsorum indigentia. In seipsum rigidior, quam indulgentior. Illecebras omnis voluptatis, & à se semper, & à suis procul habuit, ne quid inde caperet detrimenti. Molestias & morborum cruciatus magno animi robore perferebat, & gravissimi renum dolores,

qvibus demùm est confectus, has illi voces duntaxat expresse-
Scriptum *O bone Jesu, O bone Jesu miserere!* Edita est *Oratio ab eo habita Gracii in funere Serenissima Maria, Matris Archiducis Ferdinandi, ejus qui Imperator hujus nominis II. postea fuit 13. Calend. Junii 1608.* Extat ea in Parentalibus eidem Principi à Collegio Gracensi factis. Vid. Philip. Alegambii *Bibliotheca Script. Soc. Jesu.* f. m. 165.

S.

Sambar Matthæus, P. S. I. in hoc mundi theatrum productus est *Varadini in Hungaria*, anno 17. seculi superioris, *Vicenis* Societati Jesu nomen dedit, & solemni votorum qvatuor sacramento se aditrixit. Rhetoricam, & amoeniores literas docuit, & Theologiam Polemicam de Controversiis Fidei, triennio explicuit. Multis annis versatus est in Missionibus Dacicis, & aliis, & *Superior* in Residentiis novennio prae fuit Societati; tandem *Cassoviensi* in Collegio promovit salutem suorum. Typis subjecit idiomate hungarico:

Scripta. *Epitomen Pietatis Maria, 1648.* *Novitatem Sectæ Calvinisticae A. 1657.* *Ocularia pro quodam Fusci luminis Pradicante heretico, 1658.* *Lydiū lapidem Ocularis Pradicantici, 1659.* *Tres salubres Quaestiones Fidei, 1661.* *De Substantia Missæ, & Ceremoniis ejusdem, cum applicatione ad Passionem Christi, per Imagines & Orationes Latino-Hungaricas, 1662.* *Circulum ferreum super os blasphemæ Pradicantis, 1664.* *Excussionem summaria responsionis factæ contra tres Quaestiones, 1666.* *Apologiam pro tribus Quaestionibus, contra Blasphemos. 1667.* *Apologiam pro vetustate Fidei Catholica, 1669.* Vid. Alegambii *Biblioth. Script. Soc. Jesu*, auctam à Nathan. Spotvello f. m. 599.

Sam-

Sambucus Johannes, bono publico feliciter luci datus est *Tyravia*, *Hungaria* in urbe, A. 1531. 8. Kal. Quintilis, qui cum in plerisque *Germania*, *Italia*, *Galie*que Academiis cum laude versatus, adeoque per omnia facile humaniorum literarum genera masculine grassatus fuisset, gravioribus illis Medicæ Facultatis studiis *Humanitatem & Poeticam: Poetica Historiam: Historia Studium Antiquitatis*: in summa *Latinis Græca, Græcis Latina* ea felicitate atque industria superinduxit, ut succedentibus annis, in *Medicum elegantem, Poetam eruditum, Historicum insignem, & Antiquarium penè incomparabilem*, evaderet. Tam diffusam autem amplamque eruditionem ex viginti annorum peregrinatione quin sibi comparaverit, hautquaquam fuerit dubitandum, de qua peregrinatione sua is ipse in *Prefat. Bonfinii Decadibus Hist. Hung. à se præmissâ*, hac verborum texturâ disseruit: *Valeat Vestra Cæs. Majestas vosque Patres & Ordines reliqui afflicta Pannonia, meumque studium, qui 22. annis peregre versatus, admodum juvenis primitias ingenio edere sum ausus, annis jam maturi, & laboris consueti, boni consulite.* Qua ita multiplicis eruditionis laude & gloria, cum ubivis inclaresceret nomen *Sambuci*, accidit, ut magno suo merito à D. Maximiliano II. & postea D. Rudolpho II. Impp. Augustis, ad *Consiliarii, & Historici Cæsaris* munus eveheretur. Ea igitur conditione illustrior factus, minimè destitit famam & existimationem nominis sui, jam tum partam, paratamque per universum velut Christiados orbem, editis tum propriis, iisque limatissimis lucubrationibus, tum colligendis antiquitatibus, atque Autorum vetustorum monumentis, undiquaque porro dispergere. Cujus rei publicum, adeoque præclarum testimonium perhibent, auctori illi haud quaquam triviali, etiam nunc cum tot erudita atque emaculata Scripta, quæ ipse suâ Minerva elaboravit, lucique destinavit, tum verò innumera pene monumenta & codices alii aliorum Autorum vetustorum gravissimorum, quos ipse diligentiam non minus ferreâ, studioque indefesso, quam sumtibus haud exiguis, conquisivit, conquisitosque

typis evulgavit. Posteaquam verò, nihil non eruditæ scientiæ perscrutatus, in re Medica cumprimis, Poetica quoque, nec non Historices, & Antiquitatum studiis indagator, explanatorque fuisset exactissimus, multarum rerum rararum, admirandarumque arbitrum triumphasset scitissimus, terrestri istius eruditæ facultatis satur, cum immortalibus discumbere desiderans, in terris esse desit, apoplexiâ *Viennæ Austriae* tactus, A. 1584. Idibus Junii, ætatis 53.

Ex Joh. Petri Lotichii Biblioth. Poëtica P. IV. p. 73.

Scripta. *Catalogus Scriptorum, quæ Sambucus vel propriâ vel alienâ operâ in lucem edidit:* Ex veteribus itaque sunt: *Expositio Methodi conscribendarum Epistolarum*, incerti autoris. *Item ἐπιστολικῶν τύπων Libanii. Versio Concionum aliquot ex Cyripædia Xenophontis, pro tyronibus Græcæ Lingvæ, cum Orationibus Critiæ & Theramenis, ad usum Scholarum. Oratio, quod Oratores ante Poetas à pueris cognoscendi sint. Carmina quædam, Poematum à se edendrum specimen.* Omnia hæc excusa sunt Basileæ apud Oporinum. *Catena copiosissima de Vita S. Chrysostomi. Epistola 800. Sacra, nondum edita: Nazianzeni scilicet, Chrysostomi; Theophylacti, Basilii, Cyrilli, Bessarionis, Chrysoloræ. Item Basilii Magni Homilia. Ad Chylum discipulum. Ad Simplicium. Ad Episcopos Italos & Gallos. In CHRISTI nativalem. In-Sycophantas. Epistola ad Desertorem solitaria vita. Et alia ad Hoptimum Episcopum de cade Cain; Et verbis illis: Per tuam ipsam animam penetrabit gladius. Aristenati 50. Epistola amatoria. Diogenes Laërtius plusquam mille in locis restitutus ex vetustis exemplaribus Græcis, fide dignis, Latine quidem editus, sed ita, ut inde etiam Græcum exemplar possit restitui. Eunapius Sarpianus de Vitis Philosophorum, & Sophistarum. Hesychius cognomento Illustris, de his, qui eruditionis fama claruerunt. Hephestion Grammaticus. Lili Tifernatis Epitome in Herodotum. Iani Pannonii panegyrici duo & Epigrammata ultra omnes alias editiones, Patavii. -- --*
Chro-

Chronica Petri Ranzani, de Rebus Hungaria, cum appendice à se adornata, Vienna, A. 1558. in fol. Bornii *Sala de Patientia & ad mortem preparatione.* Apollonii *Syntaxis manca & mendosa, ab ipso suppleta & correcta.* Philo de *Virtutibus.*

Bonsinii de *Conjugali Pudicitia Dialogi tres.* Petronii *Arbitri Satyrici Fragmenta, restituta & aucta, è Bibliotheca Sambuci, Antverpiæ typis Plantini, A. 1565. in 8.* Restituti etiam sunt operâ Sambuci Renati Vegetii de *Artis Veterinaria, sive Mulo-Medicina Libri IV. Basilea excudit Joh. Fabrius. 1574. in 4. &c.*

Is Idem præterea consummatissimus Sambucus in Latini sermonis elegantiam è Græcis transtulit: *Platonis Phædrum. Axiomachum. Alcibiadem. Hesiodi Opera, & Dies, cum Batrachomyomachia.* Hyppolyti *Thebani Libellum de Ortu Maria.* Nili *Oratiunculam contra Barbaros.* Theophylactum in *Acta Apostolorum &c.*

Sed quis singula tam rara, quam admiranda, adeoque inventu difficilia, quæ quidem clarissimus atque diligentissimus auctor Sambucus noster, partim impensis haut exiguis collegit, partim immenso pariter labore publicè emisit, commemorare isthic facile præsumat? Videamus igitur, compendii causa, quantam is propriis emissis *Scriptis*, quantamque reconditam eruditionem omnibus bonis comprobaverit, inter quæ habentur: *Poëmata Sambuci.* De *imitatione à Cicerone petenda & in somnium*

Scipionis, *Dialogi IV. Parisiis, 1561. & Antverpia, 1568. in 8.*

Methodus conscribendi Epistolas. Basilea, 1652. 8. *Julia Al-*

pes, Fapides & Carni. Antverpia, 1573. *Orationes VI. Prima*

in Natalem Christi cum aliquot hymnis. 2. de Imitatione. 3. in

Laudem Furis Civilis. 4. Utrum Poeta in Scholis Oratoribus præ-

ponendi? 5. Funebris in obitum Jacobi à Stubenberg. 6. In obitum

Generosi Adolescentis Georgii Bonna, Cibiniensis, Domini in Land-

sech. Oratio funebris in obitum Invictissimi Imperatoris Ferdi-

nandi. I. Orationis Dominica expositio simplex. Tabula 70.

Discipulorum Christi, & de cujusque loco, dignitate, morte, nomine,

edita, & latine facta, ex B. Dorothei Codice vetustissimo. Epithetorum Græcorum liber. in Luciani Dialogos tetraſtica mythologica. Carmina Ethica X. quinternionum, Patavii excuſa. Paraphraſis & Commentarii in Artem Poeticam Horatii. Thucydidis & Xenophantis Conciones artificio explicate. Sententia & Regule Vitæ ex Gregorii Nanzianzeni Scriptis collectæ, & ejusdem Jambis aliquot. Emblemata 250. & numi aliquot antiqui. Antverpiæ, 1576. in 8. Icones, ſeu Vitæ Imagines Medicorum quorundam & Philoſophorum veterum & recentium cum Ejusdem ad ſingulas elogiis, Antverpiæ, 1589. in 8. & Lugduni Batav. 1603. fol. Imperatorum aliquot Rom. Vitæ, ab eodem Sambuco caſtigata & auctæ. Argentina. 1552. Arcus triumphales aliquot & monumenta victoriæ, claffica in honorem Jani Austria, victoris non quieturi A. 1572. Tabula Geographica Hungaria, Vienna, A. 1566. in fol. patente. Appendix Rerum Hungaricarum, à Rege Matthia utque ad Imperatorem Ferdinandum I. Petri Ranzani Epitoma Rerum Hungaricarum adjecta, excuſa Vienna 1558. fol. Expoſitiones Obſidionum, Arcis Agria, A. 1552. Temesvari. 1552. Szigetih, 1553. Tokaini per Lazarum à Schvende expugnata A. 1565. nec non de Gyula & Szigetih exitu, A. 1566. Insuper recognovit etiam Sambucus Antonii Bonfinii Hiſtoria Hungaria Decades III. eaſque emendavit & auxit Decade quarta cum dimidia, de qua plura urdeſis pag. noſtra. 85.

Potiffimum ex Joſ. Simleri Epitom. Biblioth. Geſneri fol. 412.

Lambecius Biblioth. Vindebon. Lib. I. §. 64. p. 126. Ante receptam Budam, in Cæſarea Bibliotheca Viennenſi fuere: Codex Mſtus theologicus græcus chartaceus antiquus, & bonæ notæ, in 4. Conſtatque centum foliis & primùm quidem per Sambucum pervenit in Auguſtam Biblioth. Cæſar. Continentur eo S. Baſilii Magni Homilia IX. in hexaëmeron, ſive, de opere ſex dierum. In fine autem Nonæ, ſive, Ultimæ Homiliæ, extat principium Epiſto-

pistolæ Papæ Nicolî V. ad ultimum Imperatorem CPranum, Constantinum palaeologum, è latina in græcam lingvam à Theodoro Gaza Theſſalonicenſi translata.

Idem ibid. Lib. IV. §. 123. p. 78. Præterea ex Biblioth. Budenſi eſt Codex MS. theologicus græcus, chartaceus, in fol. majori, & ante ducentos circiter annos exaratus, à *Joh. Sambuco Tyrnavienſi* redemptus, & poſt hujus mortem, cum reliqua ipſius ſuppellectile literaria in Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream Vindobonenſem translatus. (*ubi etiam Catalogus Bibliotheca Sambucianæ aſſervatur, ab Hugone Blotio Bibliothecario Cæſareo A. 1587. conſcriptus*) Conſtituentur eo *S. Johannis Chryſoſtomi Homilia in Evangel. S. Matthæi*, ab Homilia prima, uſque ad finem Homiliæ quadageſimæ tertiæ. Totus Codex conſtat trecentis viginti duobus foliis, & generalem hunc habent titulum: *τῆ ἐν ἀγίοις Πατρός ἡμῶν Ἰωάννης Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τῆ χρυσοῦμαι ὑπόμνημα εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Ευαγγέλιον ἐν ὁμιλίαις.*

Omnes fere ſuos libros *Sambucus* propriâ manu ſignatos, hæc formulâ notavit: *Johannis Sambuci Pannoniâ-Tyrnavienſis.*

Tam multijugæ eruditionis intuitu, honoratus eſt hic noſter *Sambucus* quamplurimorum Illuſtrium ac Clariffimorum Virorum Elogiis, ex quorum ampliſſimo numero ſequentia duntaxat, prout quidem in manus meas pervenerunt, ſuffecerit adduxiſſe:

Johan. Poſtius Archiater Palatinus :
Præſtantes Medicos, Præſtantes carmine Vates,
Maximilianus habet Cæſar & Hiſtoricos.
Hæc tria ſed ſolus qui præſtet munia, nullum,
Sambuco excepto, Cæſaris Aula videt.

Elogia.

Thuanus ad Annum 1584. Johannes Sambucus, profeſſione Medicus, cujus ea fuit in veteribus libris colligendis diligentia, liberalitas in publicandis, ut Principibus viris, qui hæc re laudem conſecuti ſunt, quamvis in diſpari fortunâ, æqvâri debeat: quod
 Non

Nonnus *Dionysiacorum* Scriptor, *Aristenetus*, *Eunapius*, *Hesychius* illustrius, alii ejus beneficio editi abundè testantur; alioqvi alienâ qvam suâ industria clarior.

Josias Simlerus in Epitom. Bibliotheca Conradi Gesneri f. 412. Coll. 2. Ea est *Clariss. Sambuci* diligentia & studium in Colligendis veteribus libris, liberalitas in edendis, ut maximis principibus, qvi hac re laudem consecuti sunt meritò qveat conferri: majorem autem laudem cum propriis scriptis, tum emendatione veterum adeptus est, qvam in hoc meo elencho pro merito prædicari possit.

Jf. Bullart Acad. Scientiarum Tomo II. p. 185. Gall. Ægrè poterat Natura virum producere *Joh. Sambuco* ad Scientias propensio-riorem & in animi labore magis indefessum. In *Horatii Artem Poeticam* Commentarios scripsit, qvibus manifestissimum fecit, in Poëseos Latinæ veneribus se nihil ignorasse. Inter insigniora ejus Opera numeratur Historia ejus Hungarica, qvam non minori elegantia qvam fide contextuit.

Petrus Victor. Lib. 37. Var. Lect. c. 18. Vir bene doctus, & omni ratione Veterum Scriptorum adjuvandorum studiosus.

Idem Ibid. c. 19. Sambucus accuratus homo in legendo, & reconditæ doctrinæ, omni laude dignus, Vir ob eximias ejus animi dotes, & non minus qvia aliorum laudis valde liberalis est.

Effigiei Sambuci quæ in postrema editione ex Raphelingii Officina in fol. Veterum & recentium Medicorum Philosophorum-que Iconum primitus ab eodem Sambuco collectarum & evulgatarum ad calcem comparet, Carmen sequens elegiacum subjectum est:

*Te, qui præclaros Medicos depingis, & ornas,
Quid fugit? es pectus, Bibliotheca, labor.
Facta Ducum tæxis, Scriptores undique clausos
Exquiris, studio Gracia, Roma patet.
Vulgo grassantes morbos, Anazarbea purgas:
Dii tribuant vite tempora longa tua.*

*Dii cives, urbem, qui te gennere parentes
Pannoniam & foveant, nil minuantque dies.*

*Joh. Petrus Lotichius Medicus & Poeta in Bibliotheca Po-
etica P. IV. p. 73.*

*Historicus, Medicus, simul Antiqvariarius audit
Sambucus, Clarii pars quoque magna Chori.
Ergo una poterat qui nomen ab arte referre,
Quadruplici quadruplex nomen ab arte refert.*

Conringius in Colleg. MSto de Hungaria: Bonfinii Historia Censura.
Hungariæ addidit *Sambucus Appendicem*, qva Res Hungaricas
persecutus est usque ad Ferdinandum I. qui Secundus fuit Rex
Hungariæ ex Familia Austriaca. Appendix quidem non respon-
det eruditioni *Bonfiniana*, meretur tamen suam laudem.

Paul. Colomes. in Opusc. Gall. p. 131. Dominus *Sambucus* ce-
lebrior erat plurimorum MStorum evulgatione, quam propriâ
eruditione.

Index Madrit. impress. A. 1667. *Johannis Sambuci Opera* non
permittuntur, nisi corrigantur.

Lipsius Cent. I. Misc. Epist. 2. A. Sambuco heri ad me literæ,
sanè quam amicæ. Humanissimum virum coram reperi, non pro
opinionem meam (*tecum hoc sit*) literatum.

Viennæ sepulchro *Sambuci* hoc Epitaphium legitur inscri-
ptum :

*Sambucus linguas coluit qui doctus, & Artes,
Cui natale fuit Pannonis ora solum:
Cæsaris Historicus præmissi temporis ætæ,
Et dignos scripsit cognitione libros.
Aonios inter meruit quoque nomen Olores,
Carminum jucundum qui cecinere melos.
Ante diem quamvis, Musis plorantibus ipsum
E medio tulerit mortis avara manus :*

Tt

ipse

*Ipse tamen superest meliori parte superstes,
In cælis animâ, nomine clarus humo.
Nil in solertes Musarum juris alumnos
Mors habet: à Musis doctus obire nequit.*

Cui non incongruum credò fuerit subjungere elegantissimum illud *Epicedium*, quod *Victor Altahan*, *Lib. Baro Austrinus*, singulari in *Sambucum* cultu ac amore ductus, concinnavit:

*Quæ modo Casareo viguit Sambucus in horto,
Deposuit latas languida facta comas.
Flete pii flores veterem tu Hyacinthe querelam
Inscriptam foliis lugubris ede tuis.
Flete pii nivea quicunque sub arbore cygni
Duxistis, dum fors risit amoena, modos.
Namque nec Alcinoi sylvæ, nec Atlantia tempe,
Quæ fama Hesperidum est culta fuisse manu:
Sambuco flores similes, frondesque tulerunt.
Sambuco Hunnorum quæ fuit orta Solo.
Illa sed urenti nimis heu nimis obvia vento
Concidit, ut terris concidit usta mora.
Famque Paradisi quæ felicissima vita
Frondebis æternis arbore opacat humum.
Arte creatoris liquido viret æthere, deque
Fustitia puro flumine fonte bibit.
Illic non Austri spirant mala stabra, nec ulli
Officiunt astus, ulla nec urit hyems.
Salve arbor dilecta DEO, dilecta beatis
Mentibus, & Regi vive beata DEO.*

Addam & *Paschalis Brismani*:
*Dum Sambuce cadis cæli terraque marisque
Numina decessum congemuere tuum.*

Si peri-

HUNGARIÆ LITERATÆ.

331

*Si perisſe queant cæli terraque marisque
 Nomina, te extincto diſperisſe putem.
 Nam cælum, terram, mare, geſta recondita mundi
 Cæperat ingenii viſ operoſa tui.
 Verum orbem hunc qui jam ſuperas, multò ante petiſti
 Orbem alium potis hæud hic ſatis eſſe tibi.*

Samsur Matthias, P. S. I. gente *Croata*, diem ſupremam obiit A. 1685. Poſt ſe reliquit aliquot Opuſcula hungaricæ idiomate conſcripta, de *Controverſiis Fidei in Hungaria* typis excuſa, contra Antagoniſtam ſuum *Joh. Poſſaházi*, Gymnaſii Sáros-Patakienſis Rectorem, Philoſophiæ & Controverſiarum Religionis Calvinianæ Prof. Publicum. *Vid. Alegamb. Bibl. Scrip. Soc. Jeſu.*

Sartorius Nicolaus P. S. J. natione *Croata*, patriâ *Sciſienſis*, natus A. C. 1582. Societatem Jeſu ingreſſus eſt A. 1615. Rectorem in ea aliquamdiu egit, tandem Pœnitentionarium etiam Romæ in Vaticano. *Edidit tranſlatum à ſe Croaticè Manuale Scriptæ Sodalitatis. Poſonii. 1639. Item Libellum Precum & Chriſtianarum Exercitationum*, utrumque ſuppreſſo ſuo nomine. *Idem ibid. f. 355.*

Scalichius Paulus de *Lika*, Comes Hunnorum, Marchio Veronæ, SS. Theol. Doctör, gente *Croata*, è priſca Scaligerorum familiâ principe originem venditans ſuam, Myſticæ Philoſophiæ & Encyclopædiæ totius fuit ſcientiſſimus, claruit circa A. 1560. In Theologia alter ſui temporis Eceboles olim Ferdinando Aug. Cæſ. à Sacrificio Miſſæ, poſt fidei aliquandiu Profeſſionem in Boruſſia ſimulans Evangelicæ, tandem Canonicus Eccleſiæ Pontificiæ Monaſterienſis iniquis electus ſuffragiis, partes Pontificis Romani, quas ante oppugnâverat, ſcriptis propugnavit ſuis. Cum in aula Alberti Ducis Boruſſiæ aliquandiu viveret, eruditionis variæ ſpecimen dedit, editis aliquot libris æmulatione

Johannis Pici Mirandula Comitis, cui tamen doctrinâ longè inferior & moribus dispar fuit. Sic se paulatim in gratiam Principis Senis nimium creduli, vanâ doctrinæ & pietatis opinione insinavit, eiqve persuasit, ut Consiliariis veteribus remotis alios *Scalichio* acceptos in eorum locum elegerit, *Matth. Horstium*, *Snelium*, *Steinbachium* & *Joh. Funccium*, Theologum aulicum. Ipse verò tempestatem secutam prælagiens maturè se subdixit. Paulò post superveniens *Albertus Dux Megapolitanus*, Principis Borussiae gener, focerum persuasit, ut testamentum, quod fecerat, resciderit, *Scalichium* totâ Borussia exegerit, & donationes ipsi factas abolerit. Postea IV. novi Consilarii in vincula conjecti, tanquam Pacis perturbatores ad mortem damnati, & *Funccio* in foro Montis Regii caput amputatum est, 28. Octob. A.C. 1566. *Scalichius* autem multis variantis fortunæ casibus exercitus vitam in terris clausit suam fine incerto.

Ex *Vitis Virorum doctorum Fani Jacobi Boissardi*.

Inter *Scripta* quæ *Scalichius* typis exscribi curavit sunt:
Scripta. *Encyclopadia seu Orbis Disciplinarum tam Sacrarum quam profanarum*, *Epistemon*. *Theses mysticæ Philosophiæ*. *Eulogus*, seu de *Anima separata*, ejusque passione. De *Justitia aterna*, seu vera promissione. *Gradatio*. *Exilium*, seu de vera Christi Doctrina & de Sola Fide justificante. *Ephesia Disputatio*. De *Chorea Monachorum*, seu cætu Antichristi. De *Labyrintho Romani Antichristi*. De illustriam Origine. *Revolutio Alphabetaria*, seu perfectissima ad omne genus Scientiarum Methodus, scripta ad *Carolus Archiducem Austriae*. *Dialectica contemplativa*, ad consequendos scientiarum habitus perquam utilis ac necessaria. *Conclusiones in omni genere Scientiarum*, quas juvenis 12. annorum scripserat, olim Bononiæ A. 1553. primum, deinde Romæ proposita. De *Mundo Archetypo*, Intellectuali, Cælesti, Elementalî, Minore & Infernali. *Dialogus de Missa*. *Glossa in 32. articulos Canonis Missæ*, ex Apostolo. *Epistola ad Romanum Antichristum*. *Encomium*

um Scientiarum. Omnia hæc uno Volumine impressa sunt Basileæ ab Oporino. 1559. in 4. *Ejusdem Miscellaneorum de Rerum causis & successibus & de secretiore quadam Methodo, qua ever- siones omnium universi Orbis, & futurorum series erui possint Libri VII.* Item certissima methodus qua homines palantes ad viam veritatis revocandi veniant, contra Centurias Joh. Naff Minoritæ. Colonia. 1570. in 4. *Ejusdem Judicium de præcipuis Sectis nostræ atatis. De Proprietatibus Antichristi, & de Extremo Ju- dicio.* Colonia. apud Theod. Gramineum 1569. in 4. *Vaticinio- rum & Imaginum Joachimi Abbatis Florentis Calabria, & Ans- helmi Episcopi Marsichani, super statum summorum Pontificum Romane Ecclesie, contra falsam cujusdam Pseudomagi, quanuper nomine Theophrasti Paracelsi in lucem prodiit, pseudomagicam ex- positionem, indubitata explanatio,* Colonia. 1570. *Loci communes Theologici, sive pro Ecclesia Romana ejusque autoritate, adver- sus vesaniam Neopistorum Oratio.* Ibid. 1571. *Miscellaneorum Tomus II. sive Catholici Epistemonis, contra quondam corruptam ac depravatam Encyclopediam Libri XV. Quibus universus orbis tam sacrarum quam profanarum, disciplinarum, omnis omnium Sectarum, & Philosophiæ doctrinæ catholicè declaratur.* *Ejusdem pro Romana Ecclesia Oratio.* Colonia 1571. in 4. *Ejusd. Satyræ Philosoph. & Genealogia præcipuorum Regum & Principum Euro- pæ.* Regiomonti 1563. 8. Ubi etiam agit de Genealogia, seu de an- tiqvissima Scaligiorum sive à Scala, olim complurium Regnorum & multarum nationum felicissimorum Principum Origine, ab A. C. 80. usque ad annum 1561. Unde ortum etiam tradit Matthiam Corvinum Regem Hung. suamque originem ex illa prosapia de- ducere conatur.

Ex Jos. Simleri Epitom. Biblioth. Conr. Gefneri. f. 547.

Ceterum ipse *Scalichius* in plerisque suis Scriptis, sequen- tem sibi tribuit titulum: Paulus Scalichius de Lika S. Regum Hungariæ commilito perpetuus, ac totius terræ ex utraque parte

Hungar. nec non Sckrad atqve Veronæ &c. Comes. S. Theol. Doctor.

Scaliger in Confutatione Burdonum : Paulus Scalichius, qui se pro Michaelis filio gerebat, homo Slavus erat, in Carnis natus, in Croatis educatus, in Germania institutus. An de genere suo mentitus sit, id neque scimus, neque confutamus, neque nostra refert.

Multa contra hunc Scalichium *Wierius* quoque in Apologetico, quem adjecit ad Libros de Præstigiis Dæmonum.

Georgius Thurinus in paulum Scalichium sequens fecit Distichon, quod intra Poemata ipsius legitur :

*Cum te non novi, Scalam, te, Paule, putavi,
Cum bene te novi, Paule, es Arundo mihi.*

Schödelius Martinus, *Posoniö-Hungarus*, Argentorati in Universitate telam studiorum in patrio Gymnasio coeptam pertexturus, profectuum suorum Academicorum seriem egregio contestatus est specimine, Tractatu nempe pererudito in Disputationis publicæ forma divulgato, hoc cum titulo : *Disquisitio Scriptum Historico-Politica De Regno Hungaria, Patrocinante, B. Matthia Berneggero, Histor. prof. Publ. publica & amabili censura subiecta, Argentorati A. 1629. in 4.* constat integro Alphab. Cujus Autorem Berneggerus collaudans in Epistola Johanni Schödelio, Consuli Reipubl. Posoniensis, Patri ipsius inscripta, & Præfationi dicti Opusculi subiecta, verbis usus est his sequentibus : *Quod me Moderatorem honorarium adscribere sibi voluit, favori ipsius imputo, cum præsertim haud quaquam dubitem, illum ipsum, uti Dissertationem hanc suopte Marte, sine cujusquam opera subsidaria confecit, adeoque suo tantum remigio, ut ille ait, rem gessit, ita quoque vel solum eandem facile propugnaturum, me per speciem honoris potius, quam quod mea opis indigeret, assensuro &c.* In fine hujus Dissertationis multa numismata æri incisa sunt producta,

HUNGARIÆ LITERATÆ.

335

ducta, in memoriam victoriarum à Turcís reportatarum ingeniose excogitata, itemque *Icones* aliquot fortitudine bellicâ inclytorum Hungarorum, nec non accurata S. Coronæ Hungar. delineatio. Hanc ipsam Dissert. *Joh. Ferd. Behamb* recudi fecit tali cum titulo: *Joh. Ferdinandi Behamb Notitia Hungaria Antiquo-Moderna Berneggeriana, perpetuis Observationibus condensorata, nec non Indice, tum marginali, tum reali illustrata, emendata. Argentorati A. 1676. Sumptibus Georg. Andrea Dolhopffii. in 8.* Observationibus autem illis compendiosè inserta est etiam *Joh. Otton. Taboris F. U. D. & Prof. Publ. Argentinenfis Collatio Juris Romani & Hungarici, in forma Diss. Acad. typis ibidem 1651. excusa.*

Schiferer Michael, *Carpona* Urbe Comitatus *Zolomiensis Hungaria* haud incelebri prognatus, maxima cum contentione literarum studia domi non minus quam exteris in Academicis pertractavit. Sanè Eruditione præstantiore eum præditum fuisse ex Dissertatione ipsius, *De Origine & Potestate S. Rom. Imperii Electorum* eleganter elaboratâ, *Jenaquæ A. 1614.* publicè Scriptâ defensâ, abunde elucescit, utpote ex qua etiam optimè colligi potest, eum præter Juris Privati etiam Publici scientiam haud proletariam sibi comparasse: quæ Dissertatio uti *Nucleo Juris* ab eodem edito rursus est inserta, ita in Vol. II. quoque Dissertationum Historico-Juridico-Politicarum, ab aliquot *Vestphaliæ Jctis Glariss.* studio singulari pertractatis, locum obtinuit, quæ Dissertationes operâ *Conradî Birmanni* collectæ, & sub titulo: *S. Imperii Rom. Germ. Jus Publicum*, vulgatæ sunt *Hanoviae. 1614. in 4.*

Schubertus Joh. Andreas, *Sempronii in Hungaria* mundi hujus incola factus, tenerioris ætatis annos pietatis ac bonarum artium Exercitiis transegit, postea *Altdorfina* in Universitate Studio Philosophico æque ac Theologico gnaviter incumbens exposuit tandem A. 1662. eruditam Dissertationem Philosophicam:

De

Scriptum De Natura, seu Essentia Luminis Natura, sive Recta Rationis, & à Lumine Revelationis Differentia, sub Praesidio, Joh. Pauli Felwingeri Polit. Metaph. & Logica Prof. Publici. Adversus quam Joachimus Stegmannus Junior, Minister Ecclesiae Socinianorum Claudiopoli in Transylvania, integrum conscripsit librum ediditque cum titulo: Usus recta rationis in rebus Fidei, defensio contra Dissertationem Philosophicam, de Natura seu Essentia Luminis Natura, sive recta rationis, & à lumine Revelationis differentia, Joh. Andrea Schuberti, Sempronio-Hungari. Conf. Sandius in Biblioth. Anti-Trinitariorum, p. 162.

Schumbergius Tobias, *Fridvaldia* vico *Hungaria* 3. vel 4. circiter milliaribus à *Cremnicio* urbe montana libera Regiaque disito, natus A. 1626. Patre *Tobiâ Schumbergio* Ecclesiaste vespertino in Silesiae Inferioris urbe *Ples*, posteaque Evangelico-Lutheranis libero in ea religionis suae exercitio à Rom. Catholicis adempto 30. annos in ante dicta *Fridvaldia* Verbi divini ministro; Matre *Anna*, filia *Decani*, nec non *Aulae Urbis*que *Plessensis* *Concionatoris Joh. Hofmanni*, virtutibus aequalexum muliebrem ornantibus, ac eximia doctrinâ maxime conspicua, Avo *Paulo Schumbergio*, ex antiqua & praenobili *Schumbergiorum* gente *Moravica* oriundo, quae tamen amore singulari in recens tunc exortam Evangelii lucem ducta, nobilitatis splendore animae salutis posthabito, Theologicis potissimum studiis se mancipavit, praevio hoc ipso *Paulo*, in urbe *Moraviae Prerova* supremi Ecclesiae Pastoris munere laudabiliter functo. Tam nobilibus igitur *Avis*; Atavisque, *Tobias* noster prognatus, *Minervae* castra sectari secum statuit, atque tyrociniis tum *Cremniczii* in *Hungaria*, tum *Brigae* in *Silesia*, tum *Berolini* in *Marchia* positis, in *Academias*, *Jenensem* & *Wittebergensem* concessit, ubi Philosophiae non minus ac Juris curriculo feliciter emenso, ad celebriores Germaniae provincias, urbesque earum potiores perlustrandas animum adjecit; quae ipsa in peregrinatione, *Franconiae* potissimum *Nobiles* quos-

qvosdam præstantiores, eruditione sua omnivaria sibi devinciens, *generosis duobus adolescentibus à Wildenstein & Creilsheim* in doctrinæ ac virtutum tramite deducendis præfectus est, quo ipso suo munere tam dextre defunctus est, ut ad Inspectoris & Rectoris Gymnasii quod in libera Imperii urbe *Windsheimiensis* tum florebat, A. C. 1667. legitime vocatus est, quo officio strenuè administrato, tandem ob eximiam, quæ familiaribus in colloquiis ex ipso elucebat, rerum civilium notitiam, singularemque earum tractandarum prudentiam, à Scholastico remigio ad publicæ rei gubernacula promotus, primò quidem A. 1673. in exteriorum cooptatus Senatum, mox autem A. 1676. in Senatum interiorum adscitus, tandem A. 1699. gravissimam Consulis senioris dignitatem adeptus, Ærarii insuper Provincialis Quæstor, ut & Rei bellicæ Præfectus supremus constitutus est. Quo ipso regimine splendidissimo, ut porro vegeta senectute fruens, in Reip. cui laudabiliter nunc præest, salutem ac incrementum, profit, sincerum meum seriumque est votum. Ad conjugium hujus nostri Tobix quod attinet, ex *Anna Ursula* Nobilissimi viri *Joh. Friedelini*, Eychstettensis cujusdam Præfecturæ moderatoris filia, omnibus sexum foemineum decentibus virtutibus ornatissima, *Filium Samuelem* ingenuas artes edoctum, hocque tempore Senatorem *Windsheimensem* florentissimum, nec non *Filiam* sustulit *Annam Catharinam*, *Francisco Volrado Ottoni*, Cancellariæ Comitissæ *Limburgo-Sonthheimensis* Secretario nuptam, materni decoris ac fulgoris uti heredem certissimam, ita literis pariter tam insigniter excultam, ut juxta peritiam latinæ græcæque lingvæ haud proletariam, & egregiam plurium scientiarum artiumque, præsertim moralis philosophiæ ac historiarum notitiam, in Poësi quoque tum latina tum germanica eò usque gradum promovit, ut Poëmata pepigerit & inventionis acumine elegantissima, & elaborationis concinnitate castigatissima, quibus ipsis præter communem in Rep. literaria applausum, tantum honoris ac æstimmii etiam à florigeria ad *Pegneseum Societate* promeruit, ut loco ipsi in eadem spon-

te oblato modeste recusato, virtutes illius decaſtico celebrarit
hoc ſequentē:

*Nympha Deo, & caſtis, ſalve, gratiſſima Muſis;
Salve Vinſhemii gloria magna ſoli.
Te talem ac tantam ſi ſecula priſca tuliffent,
Non caneret Sappho Lesbos amœna ſuam.
Et tibi lorica ceſſiffet & agidæ Pallas,
Cum ternas ſuperes moribus una Charis.
Poneret Aoniis æterna ſilentia gnatis,
Projiceretque ſacram Delius ipſe chelyn.
O tam felici felicem prole parentem,
Cum ſis Palladio Filia digna Patre.*

Scripta.

Scripta, quibus venerabilis hic noſter Senex nominis ſibi decus peperit, inter complura alia, præcipua ſunt ſequentia: Renovata Pharus divina Philoſophia Præctica, Illuſtriſſima facilitatis ſuæ face errabundas mentes ad Prudentiæ Portum dirigens, h. e. Idea Ethica, Oeconomica, Politica, breviffimis, utiliſſimis, ſelectiſſimis Præceptis, Aphoriſmis, Quæſtionibus, Monitis, Hiſtoriis ac denique Scriptura S. Gnomis. Ante triennium in uſum Philoſophiæ Tyronum curâ T. S. edita. Nunc vero emaculatio, & Centuriâ Regularum furis auctior recuſa, Noribergæ A. 1667. in 12. Serperaſtra Philoſophia Præctica ſolertes ac induſtrios melioris ſapientiæ indagatores, ſelectioribus veterum ac recentiorum Philoſophorum ac Poetarum Gnomis & Aphoriſmis, non ad Ethicam ſolum, Politicam, & Oeconomicam, ſed ad Myſticam Theologiam, imò ad cælum ipſum ducentia, & vehentia, Vinſhemii, A. 1689. in 8. Seelen-Harpe/ die da beſtehet in Morgen- Abend Buß Creuß-Bett-Lob: Danck- Reiß: Troſt: Freud: und Jeſus Liedern. Gedruckt in des H. Röm. Reichs-Stadt Windsheim A. 1680. in 8. Tobia Schumbergſ ſeufzender Gottlieb der da nach der Ordnung der geheimen Herzens Theologie einzig und allein dahin trachtet/ wie Er

HUNGARIÆ LITERATÆ.

339

Er durch Reinigung und Erleuchtung der Seelen / zu dem höchsten Grad des Christenthums / das ist / zur Vereinigung mit Gott gelangen möge. Im Jahr 1681. in ablänglichst 8tav. Gott zwingende / Himmelöfnende / Noth und Anfechtung mächtig stillende *Tinctur*, aus Davidischer Schlüssel-Blumen *extrahiret* / und allen betrübten / Angefochtenen und gedängstigten Herzen zum besten /

verfertigt / im Ofen der Trübseeligkeit. Gedruckt zu Neustadt an der Aisch. 1682. in 8. Mit vorgesezter Treu-Väterlichen Zuschrift an seine liebe 2. Kinder. Johann Samuel / und Anna Catharina Schumberg. *Ejusd.*

Feld-Haus-und Reis-Bibel / in welcher allen Liebhabern des Himmels / neben dem Willen Gottes / der Weg zur Seeligkeit / kurz / hell / deutlich und einfältig gewiesen wird. Syrach c. 1. v. 20. Gott fürchten ist die Weisheit / die recht reich macht 2c. Windsheim A. 1685. in 8.

Ejusd. Spiegel / darinnen sich ein Christen-Mensch / wo nicht augenblicklich / dennoch sündlich / oder aber nur täglich beschauen soll / ob Er die wahre Früchte des Glaubens / und die Kenn-Zeichen des wahren Christenthums an sich habe. Proverb. c. 7. Binde diese Rede an deine Finger. 2c. Genes. 7. Wandele für Gott und sey from. *ibidem* A. 1685. in 8.

Ejusd. Wohlriechender Strauß / aus dem zierlichsten und anmuthigsten Poetischen Blumen / zusammen gebunden. A. 1690. in 8. *Ejusdem sunt & sequentes 2.*

anonymi Libelli sine loco quamvis & tempore impressionis editi, nempe: Gottlichs Spruch Catechismus. Das ist: Biblisches Glaubens-Bekantnis / der Christum liebender Seelen. Allerältestes Catholisches Gebeth-Büchlein. *His*

subiungere placet libellum quoque à Filia Ejusdem unica eaque erudita editum: Anna Catharina Schumbergerin Lallende Andachten. Beug deine Kinder in der Jugend zu der Gottesfurcht und Tugend: oder du wirst Sie im Brau-

en in der höchsten Schande schauen. Syrach. c. 1. v. 20.
 Gott fürchten ist die Weisheit / die reich machet / und
 bringet alles gut mit sich. A. 1680. in 8.

Ex *Elogiis*, quæ quidem plurima promeruit *Schumbergius*
 hic noster, haut postremum esse arbitror hocce metricum, quod
 in Choro Consulum *Windsheimensium*, Francisco Volrath *Otto-*
ni & *Anna Catharina Schumbergia*, dicatum, atque exiguo *Ec-*
logiodiolo expressum hisce versibus est alligatum.

Elogium. Tandem etiam numerum completque, Chorunque coronat
 Schumbergus, fama dudum super athera latus,
 Ob pietatis opes; ob quicquid mente capeſſi
 Unquam mortali valet; ob quodcunque per Orbem
 In duo diuſit Sophus; ob monumenta librorum,
 Ob calamus prorsusque stylo, versoque nitentem;
 Ob Spartas dextre ornatas; ob munera sancte
 Præſtita; & ob, quicquid Diuumque, Hominumque Favorem
 Conciliat, Vulgoque potest secernere quenquam.
 Vivat Schumbergus! meritò Windshemia plaudit.

Serpilius Augustinus, vitæ hujus mortalis primam usu-
 ram accepit A. 1643. *Kesmarkii*, urbe Comitatus *Szepusienſis*
Hungaria, ubi & A. 1666. Archidiaconus constitutus; sed A. 1673.
 in exilium, unâ cum aliis Evangelicam doctrinam profitentibus
 Ecclesiæ ministris, missus, A. 1682. Concionator *Bojanova* in Po-
 lonia majori factus, ibique vitam hanc temporalem cum æterna
 commutavit. A. 1699. *Cantionibus* aliquot sacris germanicâ
 lingvâ elaboratis, publicèque impressis, pietatis suæ egregia speci-
 mina exposuit.

Serpilius Georgius, Ecclesiæ Evangelicæ Ratisbonensis
 h. t. Superintendens meritissimus, bono Ecclesiæ in hanc lucem edi-
 tus

tus est *Sempronii in Hungaria*, Anno 1668. die 11 Julii, *Pii* nomine in Fastis insignito; Patre *Johanne Serpilio*, viro natalium nobilitate, innumerum apud Sempronienſes dignitate, meritorumque in Republica pluralitate quam maximè conſpicio, Avo *Johanne Serpilio*, Eccleſiaſte *Keſmarkcenſi*; Matre *Dorotheâ Sophiâ*, filiâ *Frid. Balduini* S. Theol. Doctoris, viduaque *Chriſtophori Böhmi*, Leutſchovienſis Eccleſiæ Paſtoris primarii. Ingruente Pontificia A. 1673. Evangelicorum Proteſtantium in Hungaria perſecutione, venerabilis hic noſter *Georgius* Ratiſbonam Aviæ ſuæ, maternæ lineæ, curæ atque educationi commiſſus eſt, quæ pietatis ritè poſitis fundamentis, eccleſiaſtiſtis exercitiis inſuper ac ſcholaſtiſtis ætati ejusmodi congruentibus ſolicite eum mancipavit. Abſolutis omnibus Gymnaſi Ratiſbonenſis Claſſibus in Majorem Poloniam ad Conſangvineos ſe conferens, Bojanovam, oppidum haud ignobile delatus eſt, totumque illud tempus quod ibidem tranſegit, humaniorum artium ac elegantiorum ſcientiarum culturæ impendit, quam poſtea *Lipſia* in Saxonia, iſque intra & extra Germaniam Academiis ſtrenuè urgens, eruditionem non minus ſolidam in Theologicis, quam in aliis quibusvis Philoſophiæ, ac literarum elegantiorum, nec non linguarum variarum progreſſibus oppidò excellentem, maxima cum omnium admiratione in ætate adhuc valde juvenili, ſibi comparavit. Equidem præter vitam valetudinariam, cum ſumma rerum anguſtiâ principio ſtudiorum ſuorum Academicorum conſiſtebatur, donec tandem egregia Doctoris Alberti, Profeſſoris Lipſienſis famigeratiſſimi commendatione, *Wilsdruppii*, oppido haut procul à Dreſda urbe Electorali Saxoniæ diſſito, & *Joh. Dieterici*, à *Schönberg* ſubjecto, Diaconatûs muneri eccleſiaſtico A. 1690. præfectus eſt, maximo ſanè cum Auditorum omnium applauſu Sermone ibidem habito docimaſtico, teſtibus quidem Literis ejusdem vocatoriis, in quibus verba exarata ſunt hæc emphatica; **Ungemein und vortheillich / bey noch ſo jungen Jahren.** h. e. ſermone amabili & incomparabili tam juvenilibus adhuc annis, uſus eſt ad Auditores ſuos. Vix autem quinquennio *Wilsdruppii*

pi munere suo ecclesiastico maximum in animarum solatium defunctus, mox A. 1695. *Ratisbonam* celebrem S. R. J. Urbem, ad officium in ea obeundum ecclesiasticum legitime vocatus est, quâ Spartâ per sexennium summo cum pietatis Zelo, ac vigilantia encomio exornatâ, connubio sibi tandem junxit virginem lectissimam *Euphrosinam*, *Davidis Ostermeieri*, Mercatoris Augustani florentissimi filiam, quo ex conjugio pater factus est VI. Libero- rum. Quemadmodum verò egregia officii sui Ecclesiastici administratione Optimatum pariter ac populi universi applausum quam dignissime promeruit; ita his ipsis porro faventibus ac singulari lætitia exultantibus, A. 1709. supremis eadem in urbe tum Pasto- ratûs, tum Superintendentis, tum Consistorialis primarii atque Scholarchæ functionibus præfectus est, cujus quidem in officii splendidissimi administratione, statim sub exordium, eâ quâ pol- luit autoritate, consensum impetravit Magistratûs ut præter con- fessionis peccatorum publico ex Ecclesiæ suggestu prælectionem absolutionemque eidem subjunctam, Bannus etiam Ecclesiæ ab eò primùm introductus, confirmaretur. In hisce igitur aliisque ejus salutaribus Ecclesiæ impensis atque dicatis operis ac consiliis uti supremum ei Numen cœlesti sua adfuit gratiâ; ita ut porro ad feram usque ætatem omnes officii gravissimi labores felicitatem fortiantur exoptatam, cordintimè voveo. Quarum omnium for- tunarum intuitu, sequens mihi prognatum est Distichon:

*Nobilitas triplex quem, sparta, sanguinis, artis,
Condecorat, triplex laus manet huncce Virum.*

Scripta. Scripta quæ Serpilianum nomen præferunt, vel eidem vin- dicanda, publici Juris facta sunt sequentia: Parentatio Keili- chiana Misena Anno 1692. in 4. Errores Amoris & Oris Ibi- dem. 1693. 4. Anagramma Electorale Saxonicum, in forma pa- tente. Ibidem 1694. Inscriptio Schoenbergiana stylo Serpiliano Ibid. 1694. fol. Inscriptio Wildiana Ibid. 1694. fol. Ad Motiva nonneminis, quibus se inductum ad Pontificiam Religio- nem

nem capeſſendam credidit, Reſponſio, Dreſda, 1695. 8. Pars II. typos expectat. *Catalogus Bibliotheca Reverendi Miniſterii Ratiſbonenſis. Prior. Ratiſbona 1700. fol. Ejusdem Catalogus Poſterior.*

Ibid. 1707. f. Taxa Penitentiaria cum Notis, Ratiſbona. 1705. 8.

Epitaphia Theologorum Suevorum; Ratiſbona. 1707. in 8. Epiſtola ad H. U. S. Lipſia. 1708. 4. Perſonalia Moſis. Erlange,

1708. 8. Samuelis. Ratiſbona. 1708. 8. Perſonalia Eſræ. Ibid. 1708. 8. Nehemia. Ibid. 1708. in 8. Perſonalia Eſther cum Indice. Ibid. 1708.

in 8. Fobi cum Supplemento Spanheimii, & Chemnicii &c. Ibid. 1709. in 8. Carmina varia Latina & Germanica, variis in

locis variisque temporibus occaſionibus ac formis impreſſa.

Einweihungs- Predigt der Abgebrandten Kirchen zu Wildesdrup / Dresden A. 1693. in 4. Letztere Paten-

Ehre i. e. Parentatio Anagrammatica Cabaliſtica Burkhardiana. Ibid. 1694. in 4. Dresdnische Gaſt-Predigt. Pirna. 1694.

in 4. Nürnbergiſche Gaſt-Predigt. Nürnberg. 1695. in 4. Vollſtändige Lieder: Concordanz. Pirna 1696. 4.

Gottgeheiligte Sing- und Früh-Stunden / über das Lied : Gott ſey Dank durch alle Welt. Regenspur.

1667. 8. Leich-Predigt Herrn Landgraffens. Regenspur.

ſpur A. 1699. 4. Item Herrn Frenzels. A. 1700. in 4. Item Herrn Beckers A. 1701. 4. Item Herrn Schorers.

1701. 4. Item Herrn Zimmermans. 1703. 4. Leich-Predigt Herrn Kochs. 1704. 4. Item Herrn Fuchſens.

A. 1704. 4. Evangelische Glaubens- und Lebens-Betrachtung über Sontägliche Evangelia. In V. Theile.

Regenspur. A. 1700. 4. Apologia wider den Reformaten. 1701. 4. Sendschreiben / wegen den Glaubens-

Articul / an Herrn Johan Fechten / der H. Schrift Doct. und Prof. Publ. zu Koſtoſch. Ibid. 1702. 4. Augſpurgt-

iſche Gaſt-Predigt. Augſburg. 1702. 4. Zufällige Gedanken bey Herrn M. Olearii Lieder: Bibliothec. Ibid. 1703. 8.

Fortſetzung dieſer Gedancken. Ibid. 1704. in 8. Bibliſcher

lischer Calendar / A. 1704. in ablängl. form *Continuirte*
 Lieder: Gedancken wider ein Kielisch *Programma*. Jena. 1705. 8.
 Vorrede über Herrn Praschens verteutschte *Psychen*
Criticam. Leipzig 1705. 12. Der mit Sprüchen Heil.
 Schrift erklärte und bewehrte *Catechismus Lutheri. Autori-*
tate publicâ. Regensburg. 1705. in 12. Sendschreiben
 an Herrn Rose *contra Tenzelium. Ibid.* 1705. 8. Send-
 schreiben an Herrn Senfart / wegen der Bilder: Bibel.
Ibid. 1705. 8. Beschreibung der *Medaille* über die Hul-
 digung der Stadt Regensburg. *Ibid.* 1705. 8. *Theophi-*
li Sinceri (i. e. Georgii Serpili) in Gottes Wort gegründete
 Ursachen / warum das sogenannte Fezfeuer / aus II. *Maccab.*
c. 12 nicht zu erweisen / und was sonst von dieser Schrift-
 Stelle zu halten sey / ohne *passion* einigen guten Freunden
 zu Liebe *communiciret. Ibid.* 1705. 8. Evangelische Psal-
 men / Lob-Befänge / und Geistliche liebliche Lieder / Gott
 zu Ehren / und der Christlichen Gemeine in Regensburg
 zur seeligen Erbauung. Gedruckt / *Ibid.* 1705. 12. Dr-
 tenburgische Gast-Predigt. Nürnberg. 1707. 4. Bes-
 trübte Berg-Gedancken 1707. fol. *Judaus perversus &*
conversus, der durch des Teuffels Neid und eigene Bos-
 heit verkehrte / dem äußerlichen Schein nach aber bekehr-
 ter Jude / als A. 1707. den 19. Jul. in der Neuen Pfarr/
 ein Polnischer Jude / Joseph Ben / Wolf Levi / die Heil.
 Tauff empfangen / und auf sein begehren Emanuel Jo-
 hannes genennet worden / aus dem Wort der Wahrheit
Apocal. c. 3. v. 9. betrachtet / und auf inständiges wider-
 hoites Begehren der gesamten Evangelischen Gemeine /
 zum Druck übergeben. Regensburg. 1707. 4. Bibli-
 scher Lehr- und Lebens-Schatz. A. 1708. 12. *Souligne*
raisons Politiques, a Ratisbon. 1699.

Opera Ejusdem Max. Rev. Serpili inedita & ad prelum parata :
Theatrum Anonymorum & Pseudonymorum à Vinc. Placcio omisso-

HUNGARIÆ LITERATÆ.

345

rum. *Drama de Nativitate Christi. Varia Variorum de variis Autoribus Autorum Judicia. Ad Motiva Nonnemi- nis &c. Respons. Pars II. ubi 100. Loca Patrum examinantur. De Urnis Ecloga. Posthuma Baldwiniana. Episcopus Ca- billonenfis Galton Jean Baptiste Louis de Noailles ratione Propri- tii Christi defensio. Tractatus quo continebuntur 1) Holderi Mus exenteratus. 2) Jacobi Gretseri Honorarium seu Refutatio. 3) W. Holderi Responsio seu petitorium exhortatorium, qui duo ultimi Libelli in paucissimorum sunt manibus. His annectetur Vita Holderi: Excitatus ad institutum hoc, voto D. Fechtii, qui in Schediasm. Sacr. p. 865. scripsit: Nil magis optem, quam hunc libellum hodie bono publico recudi, atque ab iis, qui Romanæ Ecclesiæ mysteria non satis penetrant, cum cura legi. Vid. Nova. Literar. Germ. Hamburgi collect. A. 1707. p. 357.*

Genealogia Lambergiana, lingvâ Latinâ, Germanicâ atque Itali- ca. Threni Ratisbonenses, oder Leich: Predigt Leopoldi I. Röm. Käysers. Lebens: Beschreibungen der Regen- spurgischen Superintendenten. Der Curieuse Buchladen. Anmerkungen über 200. Evangelische Lieder / nach Art des allbereit publicirten: Es ist das Heyl Uns kommen her &c. Bedencken über die Thränen Mesechuna. Die Erklärten Namen Gottes / die allen drey Personen gemein. Einige harte Expressiones der Reformirten / wi- der die Evangelisch: Lutherische Lehre. Bedencken ü- ber das Hohensteinische Gesangbuch: de quo Dn. Doct. Göt- zius in Epist. ad venerandum D. M. Joh. Christoph. Olearium p. 17. ita scribit: Ich erwarte mit Verlangen das jenige Beden- cken zu sehen / so der große Liederfreund in Regensburg Herr Georg Serpilus von dem Hohensteinischen Gesangbuch abg- faßet / und Christlichen Herzen zu nöthiger War- nung einzurichten versprochen hat. Conf. Nov. Literar. German. Hamburgi collect.

Ad *Elogia & Judicia* de Reverendiss. hoc nostro Dn. Serpilio quod attinet, ea reperiuntur haud pauca, oppidoque egregia, in iisdem *Nov. Literar. Germ. Hamb. collectis*: ex aliis autem variorum Autorum Scriptis non possum mihi temperare quin producā hęc seqq.

Judicia. Joh. Jacob. von Berg | Reipubl. Ratisbonensis Consularis, & ad S. R. Imperii Comitia Deputatus, in *Votiva Gratulatione*, cum R. Dn. Serpilus sacrum suum munus, ad id ritè vocatus, Ratisbona in *Æde novæ parochiæ* A. 1696. piè auspicatus fuisset, in frontispicio Eundem appellavit Theologum magni nominis; atque in ipsa Gratulatione laudes ipsius cecinit versibus seqq.

Serpili carum pignus, tuba clara Tonantis,
Eusebicus custos, urbis & orbis amor,
Lumen Apostolici non ignorabile Cœtus,
Pannonica Gentis gloria magna tua.

Joh. Meyer, Gymnasii Ratisbon. Prof. Publ. in *Effigiem Georgii Serpili* distichon panxit hocce:

Heic Pietas, Candor, Charitum flos, Svadaque dulcis,
Doctrinaque decus, Sacraque cura nitent.

Joh. Corr. Wakius in *Disput. de Scrutatione Principii primi Theologici*, A. 1705. Ratisbona habita, p. 19. Georgius Serpilus Doctorum hodie exemplum atque ornamentum. Et in *Parte Post. ejusdem Diss. c. 1. §. 7.* Libri in manu mihi fuerunt multis adhuc incogniti, quos nosse licuit ex Bibliotheca Rev. Serpili, qui dum ipse est insignis Polyhistor, & Bibliotheca loquens, jam frustra mihi videtur sumtus impendere libris.

Joh. Ludov. Seiferheld, Gymnasii Hallensis in *Suevia* Rector, in *Programmate Funer. Wibeliano*, A. 1707. die. 23. Decembr. Quam ingentem summorum Theologorum multitudinem *Suevia* dederit orbi, ex quo B. Lutheri Minis. erio purioris doctrinæ luce collustratus est, nuper admodum peculiari libro, qui titulum gerit: *Epitaphia Theologorum Suevia*, Vir eruditione, dignitate, & meri-

meritis in Rem Ecclesiasticam & Literariam plane insignis *Dn. Georgius Serpilus*, Verbi Divini apud Ratisbonenses Præco vigilantissimus, ivit demonstratum, ob eamque rem, & magnam ab omnibus, qui Genti nostræ bene cupiunt, iniit gratiam, & gratissimum mihi, ne in recensendis claris Sveviæ civibus multum operæ ponerem, fecit otium laboriosissimus ille *Serpilus*.

Henr. Stark, De Doctorum vita privata. p. 146. & p. 148. Multis intra & extra Ratisbonam in Ecclesiam Evangelicam meritis commendatus *Georgius Serpilus*.

Quo rarior autem fratrum plerumque solet esse gratia ac amicitia, eo luculentius ejusdem suggerit exemplum *Christianus Serpilus*, Georgii dicti frater germanus, Pastor primùm Ecclesiæ *Modrensis*, nunc *Sempronienſis* in Hungaria, quando in Anagrammate sequenti fraternum suum amorem versibus testatus est hisce:

Serpilios per Anagramma purissimum: *Plus Serii*, itemque *I, plus eris*.

Evolutio Anagrammatis:

*Hungara cui vitam, doctrinam Saxona tellus,
Wilsdrupium Munus jam dedit, ecce Virum!
Religio, Spes fisa Deo, Virtusque, Fidesve,
Seria mens sunt hoc inveniendâ Viro
Serpilios propria monstras in imagine magnos:
Hem! tantus Re nunc es, Bone, quantus eris?*

Joh. Frid. Mayer, in der Vorrede der Lieder-Concordanz *Georg Serpili*: Nichts war bey so reicher und seeltiger Lieder-Grunde mehr übrig / als daß diese heilige Lieder in gewisse Ordnung getragen / und weil des Menschen Bedecktnis schwach / der Lieder viel / eine richtige Lieder-Concordanz abgefaßt und verfertiget würde / welche sowohl Predigern als auch Zuhörern könte zu statten konam.n. Zwar eine

eine höchst in Mahme Arbeit von welcher Josephus Scaliger mit allem Recht geurtheilet:

Si quem dura manet sententia Iudicis olim

Damnatum arumnis supplicisqve caput:

Hunc non fabrili lassent ergastula massa

Nec rigidas vexent fossa metalla manus.

Lexica contexit; nam cetera quid moror? omnes

Panarem facies hic labor unus habet.

Jedennoch hat selbige mit großer Hertzhaftigkeit angegriffen / mit unermüdeter beständigkeit / bey andern schwehren Ampts-Verrichtungen fortgesetzt / und mit erwünschter Vollkommenheit ausgeführt / der Wohl-Ehrwürdige / Großachtbare und Wohlgelehrte Herr Georg Serpilius, der Kirchen Jesu Christi in der H. Röm. Reichs-Stadt Regensburg hochverdienter treustleißiger Prediger / mein in Christo herzlich geliebter Bruder und sehr werther Freund / ein Mann / den Gott seiner Kirchen in diesen letzten Zeiten recht zum Trost hat lassen geboren werden / und von dessen großen Gaben / Belehrsamkeit und Verstand durch den Vortheil seiner jungen Jahre / große dienste sich die Gemeine Christi / die Er mit seinem theuren Blut erworben hat / sicher versprechen kan. Wer den nutzen der Concordanzen, so Buxdorff, Baldovius, Kircherus, Glauchius und andere mehr in ganzen Schrifften weitläufftig beschrieben / versteht / wird dieses Buch (die Lieder Concordanz) für ein herrliches Kleinod schätzen / Gott von Herzen danken / daß Er diesen werthen Mann für andern hierzu ausgerüstet / und selbiges zu seinen großen Nutzen gebrauchen. Ich meines Orts wünsche dem lieben Autori zur Danckbarkeit von Grund der Seelen / daß mit so vielen ungemeynen öffentlichen Wohlthaten Gott Ihn stets überschütte: daß er in seiner Concordanz kein Lied singen möge einem andern nach zu singen / sondern alle-

mahl

mahl den Herrn Ursach habe zu loben mit einem neuem Lied!

Joh. Reinelius im Unschuldigen Leypz'g. p. 10. Der unge mein Gelehrte Lieder-Freund *Serpilius*.

M. Joh. Christoph. Olearius im Evangelischen Liederschatz P. 4. Georg *Serpilius* hat in seinen Zufälligen Gedanken p. 105. & seq. gar viele und schöne Elogia aus allerhand wackeren Theol. Schriften zusam getragen zc. Wer ein rechtschaffener Lieder-Freund ist / mus ja ohnedem des fleißigen Herrn *Serpilii* accurate Lieder-Arbeit besitzen und gebrauchen. *Idem Ibid.* in der Vorrede des Lieds: *Jesus meines Lebens Leben*: *Serpilius* ein sehr qualificirter und Evangelischer Prediger zu Regenspurg. Plura Elogia huic nostro *Serpilio* ab Eodem in eodem libro tributa vide pag. 6. 7. 33. 36. 38. 41. 49. 53. 55. 100. 105. 135. 138. 148. 157. 160. Quibus additis *D. Löschers* Unschuldige Nachrichten Anni 1704. pag. 285. 509. & seqq. Anni 1705. p. 537. 539. 540. & seqq. A. 1706. p. 534. & seqq. Item *Tenzels* curieuse Bibliothec des andern Repositorii I. Fach. p. 94. usqve 162. Et VII. Fach. p. 595. 601. &c.

Idem Christophorus Olearius Ibidem P. IV. p. 76. Des oft gerähmten Herrn Georg. *Serpilii* selbig: verstorbene Frau Mutter / *Dorothea Sophia* genant / eine gebohrne *Baldvinin*, hat dies Lied (seil. *Jesus meines Lebens Leben* zc.) sonderlich werth und hochgehalten / also daß Sie selbiges nicht allein täglich ihr Morgen-Lied seyn lassen / sondern es auch selbst in die Hebräische Sprache übersetzt / und in ihre Laute gesungen hat. Ja Sie hat den guten Gebrauch gehabt / allezeit / so oft Sie nur eine gute Zeitung in publicis und Privat-Sachen gehört / solches in Ihrer retirade Gott zu Ehren und schuldigen Lob abzusingen. Wie Sie denn eine recht Gottseelige / dabey auch sehr qualifizierte und gelehrte Matrone gewesen / welche nicht nur in der Philosophia und Theologia, sondern

auch fürnehmlich in der H. Sprache sonderbare Wißens-
 schafft gehabt / so gar / daß Sie die Hebräische Sprache
 so gut als ihr Teutsch reden / mit gelehrten Rabbinen
 correspondiren / und die Hebräischen Psalmen nach Art des
 Magnificats, täglich mit Verstande singen können. Ja
 Sie hat Ihre Kinder selbst so weit gebracht und ange-
 halten / daß Sie alles dasjenige was etwan Teutsch zu
 reden / vor fremden Leuten / sich nicht wohl schicken wolte /
 in Hebräischer Sprache fragen / erzehlen und beantwor-
 ten können. Ist seelig verschieden 1685. am 3. Pfingst-
 Tage im 46. Jahr ihres Alters. Herr D. Paulini, oder
 Herr Eberti werden verhoffentlich kein Bedencken tragen /
 eine so swackere Person in ihr Gelehrtes Frauenzimmer
 künfftig mit einzurücken und nach meriten zu rühmen.

Serpilius Johannes, haftenus commemorati Max: Rev. Dn.
 Serpilli Parens, ortus est *Leibiczii*, urbe Comitatus Sepusensis in
Superiori Hungaria A. 1623. d. 30. Januarii, Patre plurimum Re-
 verendo & doctissimo Dn. *Johanne Serpilio*, Diacono primum
Leibiczensi, postea Pastore Ecclesiae *Kesmarkensis*, & Fraterni-
 tatis ad inferiorem fluvium *Poprad*, *Seniore*; Matre autem *Michaelis Frey*,
 Consulis *Kesmarkensis*, filiâ florentissima. Post ty-
 rocinia literarum in patria schola feliciter emensa, primò *Kes-*
markum, deinde *Rosnaviam*, & denique *Patakium*, Gymnasium
 tum temporis florentissimum, adiit, ibique studiis humanioribus
 æque ac philosophicis, quin etiam philologicis ad eam metam
 perductis, ut patentiori Academiæ, campo, qui committeretur,
 dignus fuerit judicatus: quapropter à venerabili suo Parente in
Regiomontanam Borussiae Academiæ missus, trium annorum spa-
 tio in eadem maximo cum fructu versatus est, siquidem præter
 studia in quovis artium ac scientiarum genere summâ cum laude
 exculta, illis præcipue incubuit, quæ nobilitati splendorem af-
 ferrent atque ornamentum, quin etiam in Juris curriculo eo
 usque

usque est progressus, ut lytarum numero haud immerito accensetur. Ut autem quod sciverat, alii quoque hoc eum scire animadverterent, *Elbingam* adiit celebrem Borussiae urbem, patrocini-
 um causarum ibidem suscepturus, talique officii genere vitam
 transacturus, dum verò aliquandiu ea in urbe substitisset, tandem,
 Supremo Numine ita disponente, A. 1646. matrimonium con-
 traxit cum *Christina* generosa ex Borussiae familia *Alexvanguio-
 rum* prognata, viduâ tum temporis relicta *Henrici Zamchellii*,
 viri generosi; cujus tamen tori concordissimi, pariter ac suavissi-
 mi societate triginta novem duntaxat hebdomadibus gavissus est:
 quod dolorificum sibi inflicto vulnus aliquadantenus leniturus
 in Patriam reversus, ad secunda transiit vota, A. 1652. lateri suo
 adjunctâ *Evâ*, virgine corporis animique dotibus præstantissimis
 decoratâ, *Tobie Galli*, Senatoris Kesmarkcensis, filiâ florentissi-
 mâ, quod ipsum conjugium exoptatissimum, partim propter in-
 signem Juris in eo peritiam, partim propter virtutes alias nobili-
 tatem ornantes perspectas, officium excepit non minus honora-
 bile, quam valde laboriosum; *Director* quippe *causarum*, sive *Con-
 siliarius* liberarum Regiarumque Urbium Comitatus Sepusien-
 sis, *Leutschovia* puta, *Eperiesini*, *Bartva* & reliquarum, constitutus,
 domicilium *Leutschovia* fixit, atque negotiorum hoc suorum of-
 ficiū omni cum laudē administravit, indeque factum est, ut
 A. 1657. à supremo Comitatus Sepusien-
 sis Comite Illustrissimo *Stephano Csáki*, nec non à Vice-Comite Generosissimo *Sigismundo
 Mariási* in Nobilium Conventum dicti Comitatus adscitus & ad-
 fessionem votumque in eodem admissus, *Furati Assessoris* digni-
 tate cumulatus est. Cum autem à Superioribus suis A. 1659. ad
 Comitatus Regni muneris sui ratione habita delatus esset, dignus à
 Statibus quibusdam Regni judicatus est, qui Compileribus Re-
 gni gravaminum, præter alia ipsi demandata officia adjungeretur.
 Quas quidem propter functiones egregiè administratas, tum à *Pos-
 soniensibus*, tum à *Sempronien-sibus*, ad obeundum *Syndici Con-
 siliarii*que munus, prolixâ ulterioris promotionis facta pollicita-
 tione

tionē, certatim vocatus est; diu igitur utramque in partem animo versato, tandem Sempronienſium vocationi annuens, poſt officiorum ſuorum in Comitatu Sepuſienſi haecenus adminiſtratorum reſignationem, A. 1660. die. 7. April. Sempronium, unā cum tota ſua familia, commigravit, maximo quidem cum Ordinum nobilium dicti Comitatus, ſpeciatim verò Vice-Comitis *Stephani Mariäſi* contriſtatione, quippe qui non tantum reddituum ſalariiſque augmentum ei offerebant, ſed ampliora quoque futuro tempore munera ipſi conferenda promittebant, quibus tamen omnibus haud attentis, in ſemel data *Sempronienſibus* fide ſua, ceu vir honoris verborumque ſuorum obſervantiſſimus, perſtitit: Hoc itaque officio ſumma cum laude perfunctus, mox in Senatum receptus interiorem, Judicis inſuper civium Spartæ præfectus, eandem maxima dexteritate ac prudentia ornavit, totiusque Reipublicæ Sempronienſis, ad extremum uſque vitæ ſuæ halitum, commoda egregiè promovere ſtudeat. Qua ipſa quidem operâ laudatiſſima id conſecutus eſt, ut *Johannis III.* in familia ſua nobiliſſima cognomen adeptus familiæ ſuæ propagationem ex ſuperiore in Hungariam inferiorem tranſlatâ maximum familiæ Serpilianæ addiderit incrementum. Poſtquam verò altera ipſius conjux A. 1661. die. 7. Auguſti *Sempronii* in Domino ſuo placidè obdormiviſſet, triſtitiā inde in animo ſuo exortam diſpulſurus, atque res ſuas amplius diſpoſiturus, *Leutſchoviam* proſectus eſt, ubi conjugio altero inito cum *Dorotheä Sophia*, matrona & literarum ſtudiis & virtutum rariorum ornamentis quam maximè conſpicuā, filia *FridERICI BALDUINI* S. Theol. Doct. celeberrimi, viduaeque Antifſitis *Leutſchovienſis Chriſtophori Böhmii* Sempronium, eā ipſa vitæ itinerisſque ſociā aſſumtā, reverſus, ad priſtinos officii ſui labores ſtrenuè obeundos ſe contulit, in iisſque ad finem uſque vitæ laudabiliter perſeveravit. Ex triplici hoc matrimonio *Johannes iſte Serpilius* 6. filiis duabusque filiabus ſuſceptis, tandem vitæ ſatur, A. 1686. die 1. Decemb. terreſtria cum cœleſtibus commutavit.

HUNGARIÆ LITERATÆ.

353

In publicum emisit Johannes iste Serpilus: *Delineati Scripta onem Furis Canonici & Civilis, Leutschovia impressam A. 1651. 4. postea recusam Ibid. in 12. Item Orationem de nova Turri Kesmarkcensi. A. 1641. in 4.*

Joh. Conrad Barthius, Ecclesiastes Sempronienſis, Aſtraam Judicia. loquentem introduxit h m.

*Serpilium novam, cui ſervantiſſima ſemper,
Vel ſine me, Furis ſcrinia pectus erat.*

J. V. Wigandus de Philiatrör. Itineribus p. 168. Arridet inquit proverbium Dn. Johannis Serpilii, Sopronianæ in Hungaria Reipublicæ Judicis: In uno excellere oportet, reliqua mediocriter ſcire.

Ferdinand. Dobnerus in Parentatione huic Viro habita, ex nominibus Johannes Serpilus elegans elicit Anagramma hocce: Sol ſapiens in Jure.

Johannis quoque hujus Serpilii facta reperitur mentio in *Articulis Regni Hung. Sempronii A. 1681. ſancitis editisque, p. 62. nec non collocatum ejusdem nomen conſpicitur in ſerie Statuum & Ordinum Regni Hungariæ; adhæc in Indultu Regio: Prudens & Circumſpectus appellatur. Vid. Gravamina Evangelicorum Hung. Ibid. p. 8.*

Huc confer elegans etiam illud *Elogium*, quod de Johannis iſtius Serpilii alterâ Conjuge fidiffimâ, *Dorotheâ Sophiâ*, gnatâ *Baldiviniâ*, Matronâ non minus eruditionis reconditoris laude, quam virtutum etiam ſexum muliebrem ſupergredientium adorea quam commendatiſſima, à *M. Chriſtoph. Oleario, in Theſauro Hymnorum* (Germ. *Pieder-Schatz* dicto) P. III. p. 76. ſupra jam p. 349. prolatum occurrit.

Serpilius Laurentius, lucem hanc primùm adſpexit *Bela*, urbe haut poſtrema inter XIII. Urbes Comitatus Hung. *Sepuſienſis* Coronæ Polonicæ oppignoratas, cujus vitæ curriculum antequam uberius exponam non incongruum credo fuerit, pauca

aliqua de generosa totius *Serpiliorum stirpis* origine coronidis loco heic proferre, utpote lucem reliquis inde ortis & paulò ante jam productis fideribus fulgentissimam affusura. In eodem itaque commemorato oppido *Bela* circa seculum post N. C. XV. Familia quædam *Qwendelii* nomine, Germ. *Qwendel*/ clara, latissimè se extendit, quæ præterquam quod potissimam civium partem constituerebat, & plerosque incolas vel consanguinitate, vel affinitate, vel spiritali necessitudine attingebat, profectò amplitudine etiam munerum, quibus alios anteibat, atque opum & divitiarum fortunis, quibus excelebat, primatum ibidem obtinuisse, communis tum, eaque non vana, fuit hominum opinio. Sane dictum oppidum *Belam* jure conductio à Regibus Poloniæ per aliquot annorum decursum *Qwendelios* cum omni inde redundante proventu possedisse, extra dubium positum est, quin planè illud ipsum, justo pretio persoluto, sibi addicere, propriumque reddere, in animoolvebat Consul istius oppidi ditissimus, *Johannes Qwendel*, nisi Comitatus Sepusiensis, interposita apud Polonicam Coronam, partim protestatione, parum uberiore illicitæ venditionis remonstratione, propositum tam laudabile ac *Qwendelii* Familiæ salutare impedivisset. Atque iste *Johannes* fuit pater 17. filiarum & duorum filiorum, *Michaelis* nempe atque *Laurentii*. Filiabus omnibus honestis junctis connubiis, *Laurentius* filius natus minor *Minervæ*, *Michael* verò *Martis* castra selectatus, *Johanni*, *Comiti Sepusiensi*, Regi tum temporis Hungariæ, pro Corona Regni sibi asserta, firmiter retinenda, cum Ferdinando I. Rom. Imp. certanti adhæsit: quo sanè in vitæ genere, strenuum se semper, fortem ac fidelem exhibuit bellatorem, ad eò quidem ut non tantum individuum Regis comes omnibus in expeditionibus bellicis fuisse, sed Rex etiam in hæc aliquando verba dicatur erupisse: *Si exercitu ex 2000. tam strenuis Qwendeliis instructus essem, in spem erigerer hanc vanam de universa mihi subjuganda Europa.* Harum igitur aliarumque virtutum & meritorum insignissimorum intuitu accuratiore, Rex *Michaellem*

ex inferiore & plebejo vitæ genere, in sublimiorem Nobilitatis statum ac dignitatem evectum, muneribus pariter, donisque plurimis largiissimis cumulavit, Insigniisque Nobilitatis acqvisitæ testibus A. C. 1530. egregiis ornavit. Ceterum ad *Laurentium nostrum Serpilium*, *Mishaëlis* fratrem germanum me convertens, is, ceu antea jam dictum, in Minervæ castris stipendia merens, maximo cum studio & labore bonis incubuit artibus, Athenas enim *Cracovienses* in Poloniam à Patre missus dulcissimo, studio potissimum Theologico operam suam consecravit, qva etiam de causa, post 4. annorum decursum in Patriam reversus ab Episcopo illius Regionis, *Sacellani* oppidani officio admotus est. Cùm autem de fulgentiore Verbi divini luce ac repurgatâ Evangelii doctrinâ, in Saxonia, & speciatim Academia Wittebergenfi, efflorescente, rumorem percepisset, singulari Spiritûs S. instinctu, munere, quo sanctus aliquandiu in Patria fuerat, relicto, Wittebergam concessit, ubi in *Philippi Melanchthonis* notitiam perveniens, Amanuens spartam sustinuit, nomenqve germanicum *Quendel* in latinum *Serpilii*, more illius seculi, à Melanchthone conversum, obtinuit, in universam deinceps progeniem derivatum, & hodienum in eadem usitatum, atqve tales in studio Theologico fecit progressus, qvi eum ad sanio rem fidei Evangelicæ metam deduxerunt, ejuratisqve Romano-Catholicorum dogmatibus, in sincerioris doctrinæ tramite, consolidarunt. Subsidiis igitur ejusmodi ad clariorem Evangelii Solem emergens, Patriam repetiit, in qva rursus *Plebani* officio præfectus, omnibus viribus incubuit, ut in eam quoqve salutaris Verbi Dei prædicatio, & legitima Sacramentorum administratio introduceretur, Quapropter abrogato, propria autoritate, Missæ primùm sacrificio, & puriore Evangelii doctrinâ non minus in suam, quam alias etiam vicinas & circumjacentes Ecclesias disseminatâ, Reformationis opus, ad normam præcipue Ecclesiarum Saxonicarum accommodatum, aggressus, non sine peculiari Numinis assilientia, feliciter promovit, ita quidem ut post sinceram Evangelii prædicationem consti-

tutam, ceremoniæ nihilominus ritusque, quibus populus jam antea assuetus fuerat, ex consilio Melanchthonis, quocum ei frequens literarum intercesserat commercium, libere retinerentur. *Laurentius* ergo iste *Serpilius*, omnium primus fuerat Præco, qui orthodoxam purioris Evangelii doctrinam in superioris Hungariæ Ecclesias derivavit, Verbumque Dei in Vineâ Domini incorruptè plantavit. Interea silentio haudquaquam involvendum esse reor, eundem hunc *Laurentium*, præterquam quod *primus in superiori Hungaria Apostolus fuerit Lutherano-Evangelicus*, præsentem quoque comparuisse *Augustæ Vindelicorum*, cum B. *Martin. Lutherus*, in Comitibus ibidem celebratis Imperatori Augustissimo Carolo V. Statibusque & Ordinibus S. Rom. Imperii, Confessionem Fidei suæ, publice exhibuit ac commendavit, ceu quidem B. *David Gottfried Arnholdus*, Ecclesiæ, quæ Bojanovæ in majore Polonia Christo colligitur, quondam Inspector, & conjunctarum Ecclesiarum ibidem Senior, in libro, cui titulus est: *Christlicher Lehrer Ruhm/ Thun/ und Lohn / pag. 16.* verbis exposuit hæc germanicis: *Laurentius Serpilius hat dem Reichs-Tag zu Augspurg bey Übergebung der Confession, A. 1530. mit bewohnet / und ist der allererste Evangelischer Prediger in ganz Ober-Ungarn gewesen / wie davon unterschiedliche documenta vorhanden. Ob nun wohl dieser gleich den andern / sich eines Adel-Standes und denendarnahligen Rittersn associiren können / war doch ihm sambt seinen Nachkommen nicht so sehr daran gelegen / wie Er zu irdischen Feinden mit irdischen Waffen abbruch thun konte / sondern war vielmehr darauf bedacht / wie Er in der Kirchen Gottes einen Geistlichen Ritter abgeben / unter dem Fähnlein Christi ohnverroßen kämpfen / und mit geistlichen Waffen dem Worte Gottes / die Widerwärtigen zu den Füßen des Volcks Gottes legen möchte. Desßen löblichen Fußstapfen / auch sein Sohn / Enckel und Urenckel gefolget ic. *Bela* igitur prima fuit civitas, inter XIII.*

Sce-

Sepusienſis Comitatus in Hungaria ſuperiore civitates, hodie-
 num Regi Poloniae oppignoratas, quæ A. C. 1540. Salvificæ fidei
 Evangelico-Lutheranæ dogmata recepit, receptaque quaquaver-
 ſum propagavit. Quamvis enim in aliis etiam Hungariæ inferi-
 oris locis lux Evangelii radios ſuos ſparſerit, radii tamen illi ita
 edictis Principum obumbrati ſunt, ut penitus fere extincti videri
 potuerint: Severiſſimo quippe *Ludovici Regis Hung.* mandato in
 Diæſa Regni promulgato, duo hæc verba acerbiffima, *Luthera-
 xi comburantur!* inſerta legebantur, quæ ſane totalem fidei re-
 purgatae extirpationem ſecum attuliſſent, niſi Sacerdotes quidam
 caſtrenſes, unâ cum Tribunis Germanicis tum Johannis, tum
 Ferdinandi I. Hung. Regum Exercitus ex Germania in Hungari-
 am delati, partim in caſtris, partim in Eccleſiis, Sermonibus ite-
 rum ſacris ex verbo Dei ſincere prolatis, populum in rectam cre-
 dendi viam deduxiſſent, novumque in animis eorum Evangelii
 lumen accendiſſent: à quo autem deinceps tempore non tantum
 Religio Lutheranæ-Evangelicæ altiores agere cœpit radices, ſed
 in hunc uſque diem per univerſam ferme *Hungariam* atque *Tran-
 ſylvaniam*, tam late propagata eſt, ut legibus Regni fundamen-
 talibus, Regumque juratis promiſſis ſuſſulta, privilegiis inſuper
 ampliffimis confirmata, contra quosvis Adverſariorum inſultus,
 Marpeſiæ inſtar cautis, hodiernum conſiſtat. Tandem *Lau-
 rentius* ille, A. C. 1547. muneris verò ſui eccleſiaſtici altero,
 uxorem duxit Virginem virtutibus muliebrem ſexum decoranti-
 bus maxime conſpicuam, *Julianam Kotleriam*, civis *Belensis* pri-
 marii filiam lectiſſimam, cum qua 25. annos concordie dulci-
 que in matrimonio vivens, liberos genuit 15. Annis autem 13.
Bela in patria ſua officio eccleſiaſtico pie non minus ac vigilanter
 functus, *Leuſchoviam* A. C. 1558. in Evangelicæ ibidem Eccleſiæ
 Paſtoris beatè defuncti locum vocatus, ſe cum familia ſua contu-
 lit, ubi poſtquam per ſexennium ferè ſubiſtiſſet, atque ſpartam
 ſuam gregiè ornaveſcit, tandem A. C. 1564. *Leibizium*, primariam
 ex XIII. Scepuſienſibus oppignoratis Civitatem accitus, officium

suum ecclesiasticum, maximo cum Auditorum fructu, per annos 8. administravit, tandemque vitæ satur, viribusque tum corporis tum animi, ob indefessos muneris labores, exhaustis, placide in Domino A. C. 1572. obdormivit, ibidemque in templo cathedrali, ante Altare summum, monumento sepulchrali illatus, adhuc hodie quiescit, Viduâ relicta superstite, (quæ tamen etiam A. 1587. naturæ debitum persolvit,) una cum *duobus filiis*, altero *Johannis*, altero *Sebastiani* nomine insignito. Et quidem *Sebastianus* Juris studio in Academia *Basiliensi* feliciter emenso, in Patriam rediit, poligraphi officio in nobili Hungariæ urbe, *Kesmarkio*, præficiendus erat, nisi morbo correptus subitaneo, A. C. 1616. vitam cum morte commutasset. *Johannes* vero A. C. 1564. Leibici natus, tramiti potissimum ad cælum ducenti insitens, Theologica studia summâ cum pietate ac industriâ excoluit: Interea annis auctus, virilem adeptus ætatem, conjugium stabilivit, cum doctissimi viri, *Valentini Hortensii* filia, animi æque ac corporis dotibus egregiis instructissima atque ornatissima, *Elisabethâ*; qui quidem *Hortensius*, Cracoviæ Ecclesiasticis munere fungens, cum *Laurentio Serpilio*, creberrimè, de puritate Religionis Evangelicæ, literarum commercium exercuit, ac denique singulari Spiritus S. gratiâ ad lucem perductus Evangelicam, unde etiam postea factum est, ut *Laurentio Serpilio*, *Leutschoviam* ad officium vocato ecclesiasticum, *Hortensius* Belæ in locum ejus succedens, Diaconum sibi adjunctum Generum suum *Johannem Serpilium* natus fuerit; *Hortensio* autem *Leibizium* ad Pastoratûs in Ecclesia munus obeundum evocato, paucosque post annos mortuo, *Johannes Serpilus*, dicto in officio ecclesiastico, Socero suo, legitimâ præviâ vocatione, successit, quæ tamen felicitate non diu potuit gaudere, siquidem propter veritatis Evangelicæ professionem, durissimam à Magistratu Polonico passus persecutionem, in captivitatem tandem deductus, atque in carceres oppidi primùm *Liblau*, deinde oppidi *Nischiz* conjectus, non prius inde, nisi magnâ pecuniæ summâ exsolutâ, variisque donis ac muneribus oblati-

tis, liberatus est. Inde *Leibizium* reversus, privato vitæ genere usus, in spe & silentio, reliquum quod vitæ supererat, transigere constituit, *Peste autem A. C. 1644.* correptus, animam Salvatori suo reddidit, relictis post se filiis 4. & filiabus 2.

De hac insuper clarissimæ *Familia Serpilianæ* acquisita Nobilitatis dignitate, quantum quidem ad *Laurentium* nostrum attinet, speciatim adhuc advertendum est, quod cum post Johannis Zapolyæ obitum, omnia Gratiæ Regiam conferentia Diplomata & Indulta à Successore ipsius Ferdinando I. Rege Hungariæ iterum confirmari & novis privilegiis muniri debuerint; ea etiam de causa heredes supra laudati *Michaelis Qwendelii* bellatoris strenuissimi Armalia sua denuò confirmari quam submississimè petentes, ab ante memorato gloriosissimo Rege Hung. Ferdinando I. novum Nobilitatis diploma obtinuerunt, in quo non tantum omnes immunitates, insignia & privilegia Nobilium, quæ in priore continebantur Diplomate, sunt repetita, sed insuper *Laurentius*, dicti *Michaelis* frater germanus, in eundem Nobilitatis censum assumptus, atque latino *Serpilii* nomine in locum germanici nominis *Qwendel* reposito, ad omnes illius Posteris Nobilitatis dignitas transmissa ac propagata est. Quæ ipsa Diplomata cum aliis documentis quamplurimis & scriptis authenticis ante triennium ad perlustrandum & perlegendum benevole mihi Ratisbonæ communiata occasionem obtulerunt, nonnulla instituto huic meo inservientia, inde excerpti, in quibuspotissimum Insignia eminent nobilissimæ Familæ Serpilianæ splendorem declarantia, carmine quodam elegiaco à *Joh. Serpilio hujus nominis I.* in nobilitate recenter adeptâ nato, anno ætatis suæ 73. eleganter constructo, hac verborum serie:

*Hungaria dono hæc speciali Insignia Regis,
Serpiliana Domus Nobilitatis habet.
In Clypei fundo Rupes, Rupemque Basimque
Christiâdum signat, quæ benedicta Trias.*

*Rupe super rubeo in campo stans Miles in armis,
 Illorum pugnam fortia & arma docet.
 Collis utrinque Petra junctus Serpillifer: addit
 Hinc Fidei, hinc firmæ germina lata spei.
 Stellarum lux clara trium, Lunaque figura,
 Divinam monstrant, sorte in utraque fidem.
 E pulcro supra Galeam diademate pulcer
 Consurgens Juvenis candidiore stola,
 Sollicitas curas menti eximit, atque secundos
 Victori eventus spondet ab hoste pio.
 Hinc vel gemmatam Cristam, vel Lauræ Sertæ
 Offert, Virtutis præmia pulchra bona.*

Sinapius Johannes, Hungarus, Verbi Divini apud Tren-
 csinienses in Hungaria, Patria sua, Præco, tandem ob constan-
 tem fidei Evangelicæ professionem ab adversariis in Exilium abire
 jussus, in Lusatia in spe & silentio dies vitæ suæ transegit, poste-
 aqum in lucem emisisset libellum cum titulo: *Henoch cum Deo*
ambulans, veris Christi Confessoribus ad imitandum productus.
Gorlitii, typis Christoph. Zipperi, A. 1676. in 12. Atque iste *Sinapius*,
 præter fratrem *Danielem*, ob eandem causam à patria Extorrem,
 Filium etiam dicitur superstitem reliquisse *homonymum*, qui Eru-
 ditione solidiore sibi comparata, officio tandem *Rektoris* Gymnasii
 Principalis in Olsnensi Silesiæ urbe Præfectus, adhuc hodie magno
 cum discipulorum emolumento Spartam suam egregiè exornat, at-
 que Bibliothecæ etiam illius loci sedulam curam gerit. Edidit hic
 quoque librum sub titulo: *Olsnographia. Oder eigentliche Be-*
schreibung des Oelsnischen Fürstenthums in Nieder-
Schlesien/ welche in zwey Haupt-Theilen/ sowohl in:
gemein dessen Namen/ Situation, Regenten, Religions-Zu-
stand/ Regiments-Wesen/ und andre notable Sachen;
als auch insonderheit die Stätte und Weichbilder/ des
Oelsnischen Fürstenthums mit ihren Denkwürdigkei-
ten

ten vorgeſteut und ausgefertigt werde von J. S. Leipzig/ 1707. in 8. Præterea hic ipſe Sinapius A. 1706. d. 18. Octobr. de Hymnis & Hymnopæis Oſnensibus Exercitationes nonnullas, in Lyceo Oſnensi, ante certamen Alitum criſtatorum inſtitutas, Programmata indixit publico: de quibus plura in Nov. Literar. Germaniæ Hamburgi collectis ad A. 1707. p. 18. legi merentur.

Sommerus Johannes, qvo de *Joh. Petrus Lotichius* in *Biblioth. Poetica* P. IV. p. 118. memoria prodidit seqq. Post *Janum* illum *Pannonium*, Pannoniæ Vatem primarium, carminis dexterritate, facile locum habet, nec postremas laudes meretur *Musa Johannis Sommeri, Hungari*, Poetæ Elegiaci facilis & venusti. Is favente Apolline iis undis apprimè tinctus, quarum venas *Medusæus* ille præpes ungula elicuisse fertur, in *Heliconem* usque animis abreptus fuit, unde Musis porro carminibus concinnè scriptis litare didicit. Eo ingenio cum esset fœcundus admodum, pueris in ludo literario *Bistricii Transilvaniæ* præpositus fuit; quamvis plagosi ferularum sceptri arbitrium fors invito sustinuerit animo, prout ex Hortuli Amoris, quem vocat, *Elegia præliminari* facile fuerit elicere, ubi ita meminit:

*Invisas pueris ferulas, ignobile sceptrum
Qui nostro capiat nomine, nunquis erit?
Ut turba mixtus læti spectator honoris
Ad ripas veniam, flave Cibine, tuas.*

Adeo autem tersum, facile, venustum, eruditumque carmen ipsi *Sommero*, ceu uber ingenium rivulus inundat, excurrit, labiturque, ut majori eruditione, quam cura confectum, majori ingenio, quam labore effusum videri queat. Merito igitur à *Johanne Sambuco*, autore probatissimo, atque aliis istius seculi viris præcipuis, ingenio ejus multum conferentibus, tam stylo, quam carmine, *Sommerus* extollitur. Felix is itaque Poeta, *Jano Pannonio* suo non multum dispar, immortalis isthac laude carminibus sibi parta gaudere, imò triumphare posset, nisi (quod abominan-

Scripta dum) à vera Christi Emanuelis Ecclesia pessime ad blasphemam Nestorianorum, Trin-uitatem impugnantium, hæresin defecisse diceretur. Quod quidem utinam Sommero frustra ab autoribus inustum sit. Floruit temporibus Johannis Sambuci, Medici & Historici Cæsarei. *Scriptis expedito Carmine imparibus numeris eleganter variato* 1) *Reges Hungaricos, ad imitationem Georgii Sabini, Joh. Boceri, quorum ille Impp. Romanos, hic Reges Danicos, eodem carminis filo, cum posteritatis applausu, descripsit.* 2) *Ejusdem legitur Elegiarum Lib. I. 3) Hortulus ingenui amoris Nuptiis dicatus.* 4) *Colica & Podagra Tyrannis, ad imitationem Tragediarum veterum descripta ab Autore A. 1569.* 5) *Clades Moldavica.* Excusa reperiuntur ista Carmina omnia in Deliciis Poetarum Hungarorum Joh. Philippi Parei à p. 357. ad p. usque 464.

Idem Lotichius ibidem.

Proxima Panuonio Sommerus carmina Vates

Prodidit, Aonio suspiciente choro,

Scilicet est commune aliquid cum Matre Camenis:

Tam faciles Elegos Matris alumnus habet.

Sandius in Biblioth. Anti-Trinitariorum p. 57. huic Sommero plura adhuc alia attribuit *Scripta*, ubi eundem non æqve Hungarum quam Germanum fuisse contendit, verbis expressis seqq.

Johannes *Sommerus* Pirnâ Misnicus, Lector Claudio-politanus, ad quod munus peragendum, à *Blandrata* & *Francisco Davidis* è Germania evocatus est: prout testatur Possevinus Sect. III. cap. 7. ubi postquam dixit, *Blandrata* deinceps & *Franciscus Davidis cristas erigentes, spe concepta, fore, ut brevi quoquo versus ea impietas serperet, aliquot deligunt Juvenes, quos ea pravitate imbutos Patavium mittant, ut comparata majore literatura, si quem ea in Academia decipere possent, id faciant;* mox subjungit, Ex Germania item accersitum *Johannem Sommerum*, hominem loquacem, sed qui græce nosse videretur, cum à Lutheranis defecisset, *Claudiopolitana Schola* præficiunt: in hujus locum,

locum, quod una cum uxore & socru pestilentia correptus, diem non multo post obiit, *Matthiam* quendam *Polonum*, tanquam Hebraicæ Lingvæ peritum, sic sufficiunt, ut tamen ei præesset *Jacobus*, qui se Palæologum vocabat, & in Græcia natus fuerat. Huic mandant, tanquam græcas literas, uti Græco, callenti, ut Biblia corrigat. &c. Florebat *Sommerus* A. 1569. Fuit *Francisco Davidis* in dogmate de Domino Jesu non invocando homodoxus. Ejus sunt: *Theses de Deo Papano Trino, uno in essentia, trino in personis, ex ejus fundamentis desumta & publicata* A. 1571. *Refutatio Scripti, quod Petrus Karolius sub titulo Explicationis Fidei Orthodoxæ, de uno vero Deo, Patre, Filio, & Spiritu Sancto, contra G. Blandrata & Fr. Davidis errores* A. 1571. edidit. Adjecti sunt *Tractatus varii de rebus: præfixa est libro huic Epistola cujusdam, qui se vocat Theodosium-Schimbergium. Is enim curavit, ut Refutatio illa ederetur.* A. 1582. *Tractatus aliquot Christianæ Religionis, quos idem Schimbergius, præfixâ suâ Prefatione, edidit, quasi Ingolstadii, A. 1583. in 8.* In Opere illo continentur: 1. *Confutatio Objectionum, quarum facta est mentio in fine Epistolæ præfixæ libello Johannis Sommeri* 2. *De Justificatione hominis coram Deo, Johannis Sommeri. Item Propositiones de eadem exhibita Senioribus, Tordæ, d. 19. Septembr. A. 1572. unâ cum Responsione Seniorum exhibita Claudiopoli, d. 29. Sept. A. 1572. & Confutatio Responsionis, die 5. Octobr. auctore Johanne Sommero.* 3. *Scopus Septimi Capitis ad Romanos, Adami Neuseri.* 4. *Declamatiuncula contra prædestinationem Neotericorum.* 5. *Declamatio contra Baptismum Adultorum, Joh. Sommeri.* 6. *Theses de Deo Trino in personis, uno in essentia, ex fundamentis ejus desumta, Joh. Sommeri.* Hæ non dubito quin eadem sint cum superius memoratis, A. 1571. publicatis. *Typi videntur esse Alexii Rodecii.*

Plura
Scripta.

Staphileus Johannes, *Dalmata*, *Episcopus Sibenicensis*, Auditor *Kotæ*, ut ajunt, scripsit *Tractatum de Gratiis expecta Scripta.*

tivis, & Literis gratia & iustitia, Venetiis impressum A. 1540.
Ejusdem etiam extant quædam MSS. de Bello & Pace ad *Vladislaum Pannonia & Bohemia Regem*. Vid. Simleri Epitome Bibl. Gefn. fol. 417.

Scripta. **Sylvanus** Georgius, *Hungarus*¹, Med. Doctor, prelo
submit: *Isocratis Orationes ad Nicoclem & Dæmonicum. Plutarchi Librum de Educatione Liberorum. Æsopi Fabulas LX. Luciani Dialogos selectos. Isocratis Epistolas quæ extant. Theocriti Epyllia selecta, cum Scholiis. Londini, 1684. in 12.* Vid. Acta Erud. Lips. ad A. 1686. p. 258. & 259.

Szegedi Stephanus, seu **Szegedinus**, à loco natalitatis ita appellatus, genuino verò familiæ suæ cognomine **Kis** dictus, ex genere *Cumanorum*, quod vel agnomen indicat, *Szegedini* fuit natus, *Inferioris Hungaria* emporio, sale Transylvanico celebri, A. 1505. Cum adolescens *Lippaini* deinde *Gyula* in Hungaria literis operam dedisset, parentibus tandem fato amissis, Scholas propriâ ferulâ gubernandas suscepit, inde celebrioribus Hungariæ Scholis iustratis, Cracoviam se A. 1540. conferens, provinciam ibidem enarrandorum Autorum admotus est, magna nominis sui celebritate. Cum vero Lutheri & Melanchthonis fama in Hungaria quoque atque Polonia non nihil percrebuisse A. 1541. Vittenbergam petiit, ibique Dialecticam Locosque communes ex ore Melanchthonis, Sacras vero commentationes prælegente *Luthero* sedulus excepit. A. 1544. demum in patriam reversus, *Thaſnyadini* à civitate conductus, in schola juventutem erudit, & in Templo veritatem Evangelii plebi annunciavit. Ob id thesaurarii Regii jussu plagis barbaricè tractatus, calceisque ferreis adedò vexatus, ut sola respirandi facultas superfuerit, libris dein omnibus ultra 200. cum suppellectile spoliatus, urbe expulsus est. A. 1545. Dum in exilio ita vagaretur, legitime vocato Szegedino,
Gyula

Gyula Scholæ gubernatio demandata est. A. 1546. Cum transisset ad Ecclesiam *Ceglediensem*, literatorum quorundam hominum suasu, ibi publico salario conductus, non solum in Templo docere, sed in Schola quoque Locos communes Melanchthonis enarrare coepit. A. 1548. ibidem primam uxorem *Ursulam* duxit. Postea *Temesvarium* à Comite & Urbis Præfecto *Petro Petrovisio* ad scholam ibi tum celebrem gubernandam invitatus, conditionem eam acceptans, non solum juventutem in ludo docuit, sed etiam ad populum concionatus est, Collegâ *Christophoro Lippensi*. Sed Comite illo è vivis sublato, ab ejus successore *Stephano Losfontzio* cum plerisque aliis Orthodoxis exturbatus, iterum exul factus, *Thurunum*, ad ripas *Beretyonis*, oppidum A. 1551. migravit, ubi itidem, in Templo & Schola docuit. A. C. 1553. Bekenesium legitime vocatus concessit, ubi præter Conciones publicas in Schola quoque more suo docuit. Sed brevi post, exorto tumultu, cum captus & vinctus Duci *Camponio* adductus esset, à milite quodam, olim discipulo suo, liberatus, captivitate pariter & morte se expedivit, trajecto fluvio *Chrysis*. Inde sub finem A. 1553. *Tolnam* vocatus, in Schola maxime laboravit, deinde etiam *Michaelis Statini*, Pastoris Ecclesiæ precibus adjutus, in Templo concionatus est. Ibidem alteram conjugem duxit *Elisabetham*, Johannis Beremenii, Pastoris Ecclesiæ, viduam. A. 1554. Laskovium traductus suscepit suo more scholæ simul & populi institutionem, Generalis totius Baronatus Superintendens declaratus. A. 1558. *Calmantsemum* migravit. Ibi à Turcis captus, varias calamitates perpeffus est, donec liberatus *Kevinum Hungariæ* oppidum perductus est, ibique sedem fixit A. 1563. placideque expiravit 2. Maj. A. 1572. ætatis 67. Cadaver 3. seq. Maji honorifice terræ est mandatum, tumuloque hoc Epitaphium additum:

*Eloquio rarus, mira gravitate verendus,
 Ingenio felix & pietate sacer:
 Heu jacet eximius parvo sub cespite Doctor!
 Hic Stephanus requiem qui Szegedinus habet.*

*Hunc Juvenem vidit schola bis peregrina disertum,
Dogma, Luthere, tuum, teque Philippe, sequi.
Post varios casus, & multa pericula vita,
Dum petit, aut dotes spargit ubique suas:
Sensit ad extremum plebs sacra Kevina docentem.
Admirans senio multa notare gravi.
Unde quidem Christi cultor non fictus honoris,
Hunc sua non agrè per monumenta colet.*

In conjugio vixit Szegedinus terno inter varias calamitates & Iliadamalorum. Prima conjux fuit *Ursula*: secunda *Elisabetha*, quam præmisit A. 1570. mense Augusto: Tertiam paulò ante obitum duxit, item *Ursulam*, quam superstitem reliquit. Pater fuit plurimum liberorum, sed quibus ipse invitus supervixit.

Scripta. Ingenii ejus monumenta literis mandata, & in Ecclesiæ Dei usum foras data, hæc sunt: *Tabula Analytica in Prophetas, Davidem scilicet, Esaiam, Danielelem, Ezechielem, & Hieremiam. Schafhusia, A. 1592. Tabula Analytica Evangelistarum, Matthæi & Johannis: Item Actorum Apostolorum, quibus omnes etiam Epistolas Paulinas & Apocalypsin adjecit. Basilea 1598. & 1610. in fol. Confessio vera Fidei de SS. Trinitate, contra quorundam deliramenta in quibusdam Hungaria partibus exorta. Geneva 1573. in 8. Speculum Pontificum Romanorum: In quo Imperium, Decreta, Vita, Prodigia, Interitus & Elogia, accuratè proponuntur, cum iucundis de Traditionibus Pontificiis Questionibus. A. 1602. in 8. Loci communes Theologiae sincerae de Deo & Homine, cum Confessione de Trinitate, perpetuis Tabulis, & Scholasticorum dogmatis illustrata. Basilea, 1598. in fol. Post Præfationem hujus Operis inserta legitur Biographia hujus nostri Szegedini prolixè descripta, à Matthæo Scario, Hungaro, adornata, unde Melchior Adami Operi suo Vitarum Eruditorum cum Germanorum tum Exterorum eandem verbotenus inseruit, & ego pariter ex eo ipso illam depromptam compendiosè heic adduxi, ubi*

ubi circa finem dictæ Biographiæ Elogium de hoc Szegedino his verbis legitur expressum :

Fuit certè hic *Theologus*, & si penitus spectes, vere martyr Christi, *gravis & constans, orthodoxa veritatis*, in illis Arianismo, Mahometismo, aliisque, ut de Pontificiis nihil dicamus, sectis, infectis regionibus, *propugnator* acerrimus: vitæ integritatis laude præstans. Ordinis in discendo & docendo ita amans, ut qui maxime: id quod conciones ejus, & inprimis, quæ in publicum evulgata sunt, sacra Hypomnemata, luculenter testantur: quæque, ut Cicero Lib. I. de Leg. de alio: *Cænescent seclis innumerabilibus.*

Elogia.

Joh. Andr. Qvenstet. in Dialogo de Patriis Illustr. doctrinâ & scriptis Viror. p. 260. Stephanus Szegedinus, à patria ita dictus, Christianismi in illis Arianismo, Mahometismo aliisque sectis infectis regionibus inter varias ærumnas propugnator acerrimus, sed Calvinianæ sectæ addictus.

Széékely Stephanus, gente *Hungarus*, de quo *Albertus Molnár* in Epistola Dedicatoria Grammaticæ suæ Hungariæ præmissa commentatus est h. m. *Libros sanè Hungarico idiomate scriptos habemus admodum paucos, neque incidi unquam in hungaricum Codicem MStum. Unde factum, ut de antiquitate nostra gentis & lingvæ paucula tantum indagare potuerim, præter vulgaria illa, quæ apud Latinos & Germanicos Historicos & quæ apud Bonfinium leguntur. Omnium autem librorum, quos adhuc conquirere potui, vetustissimus est: Chronicon Mundi, Hungariè scriptum, à Stephano Széékely, editum Cracoviæ in Polonia A. 1558.*

Ad quam Querelam sanè justissimam optimè quadrare ea videntur, quæ *Joh. Ferdinandus Behamb* in *Observat. ad Notit. Hung. Berneggerianam* p. 136. verè non minus quam sincerè protulit: *Antequam Christianis castris accederent, scripsisse Hungaros nullibi legitur. Hodie lingua ista (scil. Hungarica) ita contem-*

temnitur à suis ipsis Popularibus, ut præter aliquot Cantiumculas & sacris opitulantes commentariolos posteritas à suis nihil sit habitura. Saltem nostri temporis tragoedias conscriberent, materiam satis amplam forte suppeditaret ipsa Hungaria.

Quibus accenseri meretur qverimonia, quam Illustriss. Comes Petrus de Réva, in *Comment. de Monarchia & S. Corona Hungaria* protulit: Inae ajens, ego sæpè conqueri & infelicitatem gentis nostræ accusare soleo, quod licet majores nostri, ingenio, viribus, ac armis excelluerint, pauci tamen reperti sunt, qui res patrias literis mandassent, &c.

Insuper verissimè esse ab Euripide in *Orest. Act. 2.* affirmatum.

— imperat necessitas

Amare patriam cunctis,

re ipsa experimur; Nam quæ fuit unquam gens, quæ suæ Patriæ affectu ac amore non rapiatur? Romani suarum rerum tam studiosi fuerunt, ut nemo majorem impensam ac operam illustrandæ Patriæ, patriæ quoque lingvæ contulerit. Nec Græci suas Historias lingvâ vernaculâ conscribendas neglexerunt, multò minus Hebræi, hodièqve Germani, Galli & Hispani. Unica gens Hungarica plerosque Gentium cultiorum Viros eruditos in admirationem rapit, quid causæ subesse debeat, quod Hungaris ipsis lingua sua patria quasi sordeat, neque eadem vel Historias suæ Gentis, vel alios quoque Artium optimarum libros conscribere, vel saltem latinos in Hungaricum convertere sermonem fatagant? Cur verò Latinæ potius quam *Hungarica* lingvæ excolendæ habenda sit Hungaris ratio, nondum fateor mihi licuit hucusque investigare: nisi quis forte in abominabilem illam incidere velit cogitationem, Illustrissimam hanc & ab omni ævo libertatis amantissimam Gentem, ex imperio quasi Veterum Romanorum ad retinendam excolendamque Lingvam Latinam, & vernaculam suam eidem subijciendam atque postponendam obligari, non aliter me Deus ac olim, victoribus & triumphatoribus Romanis, in devictos

ab

ab ipsis populos, Romanæ lingvæ exercitium introductum fuisse constat. Quin igitur supersticiosâ illâ Latinum duntaxat idioma usurpandi sollicitudine omisâ, aliarum ad gentium morationum, *Germanorum* præcipue atqve *Gallorum*, exempla, se quoque Hungari componentes, patriam suam & domesticam linguam ad nitorem aliquem perducere allaborent. Tali certe modo *Gens Gallica*, posthabito plerumque sollicitiore illo Romanum dicendi characterem fovendi & excolendi studio, suâ nunc lingvâ vernaculâ ad summum elegantiae fastigium, perductâ, vastissima quæque *tum* Historiarum volumina, *tum* subtilissima scientiarum ac artium præcepta, singulari quadam & amabili suavitate popularibus suis solet infillare. Neque *Germanicam* ab hoc more lingvæ suæ expoliendæ alienam esse nationem, quotidiana testatur Experientia: præterquam enim quod eadem ab elapso jam integro seculo, in grammaticis lingvæ suæ præceptis tradendis in hodiernum usque diem est occupatissima, profecto in *Poëti* quoque sua ad illud evasisse culmen videri potest, ad quod olim Græci non minus ac Romani passibus oppidò glorioſis contenderunt. Nimirum in quæſtione adhuc versatur, an ex diligentiore Styli Latini culturâ major in cujuscunque regionis Remp. utilitas redundet, quam ex lingvæ ubique vernaculæ exasiatione: Sane exemplis si standum, iudiciumque inde ferendum sit, vernaculam cujusque gentis linguam, præ Latinâ, dolandam & limandam esse, pronunciandum foret. Quamobrem si in ulla alia, profecto in *Hungarica* potissimum *Gente*, improbandum erit, quod neglectâ & quasi despectâ suâ vernaculâ, in omnibus *tum* legum patriarum sanctionibus, *tum* scientiarum & artium præceptionibus, *tum* rerum gestarum narrationibus, *tum* aliis quibusvis exponendis actionibus, latinam unicè linguam, latinum tantum dicendi genus, latinam solum eloquentiam videas adhiberi: Cum tamen, mea quidem opinione, multo melius ea rebus suis consuleret, si omissio illo superfluo Latinæ, utpote peregrinæ Lingvæ, addiscendæ & provehendæ studio, vernaculæ potissimum amplifi-

candæ, exornandæ, & quaquaversum propagandæ, operam navaret: quæ ipsa sane optato suo haud careret successu, dummodo latinas quaslibet voces obvias hungarice reddere, novisque rebus ac inventis novas appellationes imponere, singulas etiam nominum ac verborum proprias æque ac improprias significationes, unâ cum phraseologiis inde ortis, uni volumini inferere, sicque plenius aliquod Lexicon Hungaricum adornare studeret; cujus deinceps ac Grammaticæ insuper perfectioris, quin versionis etiam atque translationis frequentioris Autorum quâ latinorum, quâ germanicorum, in idioma hungaricum institutæ, adminiculo, non tantum de re qualibet sermo perspicuus haberi, sed omnigenæ quoque historicæ relationes scripto exarari, in triviis recitari, & memoriæ mandari possent. Idcirco sæpius jam illam, supinitatem ne dixerò, vel pusillanimitatem, popularium meorum, detestatus sum, quâ fascinati quasi, linguam suam adeo elegantem, masculam, magnificam, & heroicam vilipendunt, neque feriam ac assiduam in perficiendo, expoliendo, augendo, atque excolendo ejusdem genio curam intendunt. Ut amplius nil quicquam de utilitate adjiciam ex sedula ejusmodi hungaricæ lingvæ cultura in universam Hungariam quam certissime redundatura: Quæ enim & quanta quæso ex sola historiarum hungarico idiomate conscriptarum lectione paulo frequentiore, in plebeiorum etiam animis, virtutum orirentur incitamenta, & vitiorum nascerentur dehortamenta? quæ, qualiaque inde documenta pariter ac exempla Gens capere posset Hungarorum universa, vitæ suæ laudabiliter instituendæ? vestigiis nemo Majorum suorum rebus fortiter & præclare gestis gloriam ac æternam nominis famam adeptorum strenue insistendo, & ad Artis Martisque tramitem à Prædecessoribus magnanime calcatum omnibus quâ corporis quâ animi viribus contendendo. Quin dedecus etiam, ne quid gravius dicam, nulla ratione excusandum est, *Historiam* quâ remotissimam illam, quâ recentissimam, rerum in Hungaria tam strenue, tam fortiter, tam insigniter gestarum, à nemine Hun-

Hungarorum stylo unquam, si hunc Székeliū excipias, fuisse consignatam hungarico, qva ipsa tamen suscepti laboris fiduciā, uti lingvæ hujus aliās quoque elegantissimæ ad concinnio- rem adhuc elegantiam perducendæ, & magis, magisque locupletandæ, ac promovendæ, occasio suggereretur amplissima, ita verbis exprimi nequit sufficientibus, quantum gloriæ insuper ad partum jam superiorum temporum laudis cumulum denuo accederet. Neque est, ut quis moliminis hujusmodi difficultatem, eiqve adhærens Ætñā gravius onus objiciat: Sane nulli cum sinē Marte triumphī veniant, quis quæso bonæ mentis homo labores etiam improbissimos averfabitur, præsertim si ad finis non modo fructuosi sed etiam gloriosi consecutionem duces comitesque eos esse intellexerit. Multo minus de omnimoda tale quid in lingua hungarica audendi conqverendum erit impossibilitate, quippe quæ, ut aliorum jam mentionem haud injiciam, vel duobus exemplis, altero quidem à *Q. Curtii Historia Alexandri M. in linguam hungaricam* indefesso eruditi *cujusdam Hungari, Pauli Forró de* quosupra p. 153. studio translata desumpto, atque Debrecini urbe Hungariæ haud ignobili publicis typis excusa; altero à *Georgii Balog Cornelium Nepot. & Epistolas Ciceronis ad Familiares hungarice* Sempronii edentis, industria arcessito, & *supra pag. 29.* recensito, satis superque refutatur, diluitur atque profligatur.

Veternum igitur quo hætenus torpuere, excutiant Hungari, necesse est, atque *Germanos, Gallos, Anglos, Italos, Belgasque*, maximā cum diligentia & intentissima cum curā res in Hungaria gestas conqvirentes, conqvistasque sua qvemlibet eorum lingvā vernaculā ab oblivione vindicantes, sibi ad imitationem proponant, atque simile quid in lingua sua hungarica audentes, historiam gentis suæ ad posteros lingvæ etiam latinæ ignaros, transmittere curæ cordiqve habeant: Audaces quippe fortuna juvat, successus speratus recreat, atque voti ex asse damnat.

Szelecski Iacobus, *Hungarus*, Pofonii natus & educatus, Argentoratensi potissimum in Academia, Juri tum Civili tum Canonico addiscendo, sedulam impendit operam, quâ ipsâ etiam eò provectus est, ut A. 1651. eruditè conscriptam Disputationem, *Scriptum* de *Cessione Bonorum* ibidem publica in cathedra tueretur. Erat quidem is doctrinâ singulari conspicuus, sed Misanthropus, & vivum quasi Eruditionis sepulchrum; cujus tamen Parentem, Syndicum nempe Pofoniensem, magnoperè laudavit *B. Berneggerus* in *Epist. Dedicat. Præfat. Disquisit. Histor. Schödeliana de Regno Hungariae* subiecta.

Szentkirály Benedictus, *Transylvanus* è gente *Hungara*, AA. LL. atque Philos. Magister, Helveticæ Confessioni addictus, typis mandavit *Vindicationem Locorum Vet. Testamenti, æternam Deitatem Filii & Spiritus Sancti, Mysteriumque SS. Trinitatis confirmantium, adversus Georgium Enjedium institutam. Marburgi 1619. recus. Hanovia 1624. in 8.*

Szent-Iványi Martinus. P. S. I. ex perantiqua & florentissima *Hungaria Szent-Ivaniorum* apprimè nobili gente originem ducens suam, usurâ lucis hujus frui cœpit A. 1633. die 20. Octobr. Societati Jesu nomen dedit A. 1653. Theologus inter suos fuit celebris, Philosophus & Mathematicus, inprimis Astronomus ingeniosissimus: Professor Philosophiæ, atque Theologiæ Scholasticæ in Alma Archi-Episcopali Universitate, quæ Tyrnaviæ in Hungaria floret Prof. Publ. ejusdemque Cancellarius, & iteratis vicibus Rector Magnificus: nec non rerum typographicarum ejusdem Universitatis Curator, seu Moderator dexterrimus. Ejus consilio & studio erectum est splendidum ibidem Typographiæ ædificium novum A. 1699. Senio tandem grandiore confectus diem supremam obiit A. 1705. die. 29. Martii. Multa typis mandavit tum vernaculo, tum latino sermone, ex quorum numero per

Respon

Responsorias ab Excellentissimo Domino *Francisco Foris Otroko-esio* Tyrnaviâ ad me exaratas literas, sequentia mihi innotuere, videlicet: *Ephemerides ab A. C. 1675. ad A. usque 1703. suppress-Scripta.* fo; præfixo vero autem nomine edita, *Curiosa & selectiora variarum Scientiarum Miscellanea*, Tomis III. in 4. Item, *Catalogus Rerum, locorum & Personarum in Hungaria memorabilium, cum subjecto Appendice in 4.* Edidit præterea varia quoque opuscula vicibus diversis Tyrnaviæ impressa, *de Controversiis Fidei, e quibus hucusque tria sunt posthuma.* Successit tandem post obitum huic Scriptori, in cura Calendarii & Typographiæ Tyrnaviensis Rev. P. Joh. *Raicsáni*, de quo supra p. 309. plura videri queunt.

Szermelyei Johannes *Speculâ-Hungarus*, eruditorum examini exhibuit Disp. Historico-Theologicam, *de Epistolis B. Scriptum Virginis Mariae*, sub Præsidio Samuelis Andreæ, SS. Theol. Doct. Marburgi Cætorum A. 1682. in 4.

Szilágyi Michael *de Horogszög*, illustri & perantiqua *Hungaria* stirpe editus, Regis Hungariæ *Matthiæ I.* cognomento *Corvini* avunculus, adeoque Matris illius, *Elisabetha Szilagyie* frater germanus, optimis in juventa sua artibus atque scientiis elegantioribus innutritus, stipendia deinceps sub *Ladislao*, infelicissimo illo & repentina morte in clade adversus Turcas fataliæque atque lamentabili surrepto Rege, meruit, tanta quidem cum fortitudinis ac virtutis gloriâ, ut magnanimi, prudentissimi, & militaris disciplinæ peritissimi, nomen titulumque obtinuerit: Taceo variarum scientiarum, atque plurimarum, exoticarum etiam linguarum, peritiam, quâ, Solis instar radiis, animum gerebat illustratum. Quibus ipsis subsidiis non tantum excellentem apud quosvis Hungariæ Proceres admirationem, sed etiam, juxta cum auctoritate maxima, reverentiam consecutus est singularem, ita quidem, ut Procerum suo tempore omnium Hungariæ evaserit

potentissimus. Unde *Bonfinius* quoque in *Historia Rer. Ungar. Decad. III. lib. 9.* tale ipsi tribuit elogium: *Michaël Szilagyius Matthia Corvini Avunculus, omnium consiliorum favorumque moderator erat, vir profecto magnanimus, militaris disciplina peritissimus, & autoritatis prudentiaque non parva compos.* Quæ sane laudes maximæ, præter eruditionem atque doctrinam, quæ præditus fuerat excellentissima, si non aliunde, ex illis saltem Decretis, quæ ab eo ipso *Matthia* Regis nomine A. C. 1458. promulgata, atque in Regum Hungariæ Decretis extantia, *Bonfinii Decadibus Rer. Hungar. fol. m. 48. & seqq.* suffixa reperiuntur, satis superque elucerent. Ob quas & alias plures tum animi tum corporis dotes insignissimas, *Ladislao*, ceu dictum, è vivis, sublato, pars magna Procerum, *Michaëlem* istum optandum Regem Hungariæ prædicabant, quod ille Nepotis gratiâ obnixè recusavit: & plerique sententiam hanc suam, partim suppliciorum subeundorum metu, partim illius oratione disertissima victi, quum ab instructis circum Legionibus obducti forent, extemplo mutarunt. Præter enim Orationes svasorias & adhortatorias ad Proceres Regni Hungariæ in campo *Rakos* prope *Budam*, pro eligendo in Regem *Matthia Corvino* habitas, quas apud *Bonfin. loc. cit. fol. 365. seqq.* legere licet, ipse *Szilagyius* quum ad campum *Rákos*, in *Pesthi* suburbanis, comitia ex more haberentur, inprimis *Michaël* cum multis copiis, ac eximio Procerum Nobiliumque ordine in Regalia Comitia descendit: Huc enim omnes Hungarorum Pontifices, Optimates, Nobiles, ac universi Magistratuum Ordines, Civitatumque Legati, ad creandum novum Regem, ex veteri instituto, armati confluebant. Orationem *Szilagyius* pro *Matthia* Rege eligendo ad Proceres habuit, quæ lectu sane dignissima in *Bonfin. Rer. Hungar. Decad. 3. lib. 9.* reperitur, mortem paulò ante iis interminans, positis terrorem, medio in campo furcis, atque mensâ laniariâ, qui ejus *Matthia* suffragio adversarentur: Quo quidem tetro spectaculo non parum adversarii consternati, extinctam suffragiorum libertatem, quamvis ægre ferrent, quæri

queri tamen haud quaquam audebant, ne ea mox audire ac pati cogerentur, quæ multo graviora forent. Declarato autem postea unico omnium assensu *Matthiâ Corvino* Rege Hungariæ, quumque is annos XVII. natus esset, & nondum tanti Regni compos existimaretur; Pontifices cum Optimatibus decrevere, ut adolescenti illi Gubernator adjiceretur, ne quid, ex incitia, ac parva rerum experientia, detrimenti Respublica pateretur. Quare antequam Conventus Procerum solveretur, ex decreto Patrum, *Michaël Szilágyi Gubernator* pronunciatur, & in quinquennium potestas summa traditur: unde non mediocris est inter Avunculum & Nepotem suborta simultas & discordia; quam Principes quoque adversæ factionis, qui illi nimis invidebant, adauxere. Itaque *Szilágyio* Gubernatio data, & adducendi Regis recens declarati negotium delegatum. Hic mox Georgio Boëmiæ Regi prius literis, deinde Legatis Matthiam Hungariæ Regem declaratum esse nunciavit, pactoque redemptionis pretio repetiit. Interea *Szilágyius* Conventu soluto, quamvis Proceres cum Pontificibus Budæ remansissent, ut adfuturum Regem expectarent, Corporis tamen Christi Ædiculam adiit, ne *Ladislai Nepotis* corpus inter parricidas jacere pateretur, neve insigni nota generosi nomen juvenis inureretur, non sine multis lacrymis, ex infami tumultu eruit, *Albamque in Transilvaniam* transtulit, persolvit ibi funebria iusta, & prope Parentis monumentum collocavit. Hisce omnibus à Szilagyio pie non minus quam prudenter confectis, Rex novus Hungariæ *Matthias tribus bellis difficillimis* implicatus, adversus nempe Romanorum ac Turcarum Imperatores, & Bohemorum insuper Regem, *Szilágyius* potissimum contra Turcam hostem belli Dux constitutus est, qui licet rem suam strenue gerebat, vitare tamen non potuit, (ut est felicitatis comes invidia) quin malevolis Regni affectati de se suspicionem præberet, quod non cognatione tantum, sed senio quoque fretus, liberrime Regem admonere, atque interdum etiam increpare non dubitaret. Assentatorum vocibus impulsus *Matthias*,

thias, tum suapte ingenio asper monitoribus, Senem optime de se meritum in custodiam includi jubet: jamque calumniatorum operâ eò res fuit deducta, ut in Michaëlem supplicium fuerit constitutum, quem tamen unius hominis fides servavit. Is *Coqvus* erat, qui innoxii Senis misertus, per aream Arcis discursans, tumultum conclamat; nec mora: Milites, quibustam Arcis, quam Captivi fuerat commissa custodia, hostem ad portas esse rati, uno velut agmine facto, se ejiciunt: Coqvus interim pontem pensilem subducens, eos omnes excludit, Herum vinculis liberat; moxque adscito alio quoque ministro, qui in eum finem remanserat, arreptis armis reliquos conficiunt, & ex agro vicino pro tutissimo quoque se offerente, Arci præsidium imponunt. Quum verò *Michaël* contumeliam ab Rege adolescente sibi illatam gravissime ferret; homines idoneos cum literis ad eum misit, in quibus præstita ei beneficia exprobrabat, quod scilicet ei, cujus operâ potissimum ad Regnum provectus esset, non, quæ benefactori & avunculo, sed quæ proditori debebatur, mercedem persolvisset. Rex vera dici non ignorans, statim cum eo in gratiam rediit, omni facti invidia in calumniatores derivatâ; & *inferioris Hungariæ Præfectum, summumque militiæ Ducem constituit. Quin Dalmatiæ* insuper, *Croatia*, ac reliquorum Hungariæ innexorum Regnorum *Gubernatoris* officio eum functum fuisse, ex Decreti à Szilágyio A. C. 1468. editi præfamine in proclivi est colligere, verbis quidem ad animum revocatis sequentibus: Nos *Michaël Szilagyî de Herogszög*, nomine & in persona Serenissimi Principis & Domini Domini Matthiæ, Dei gratia, *Hungariæ, Dalmatiæ, Croatia &c.* electi Regis, *Gubernator in eisdem Regnis* constitutus. Quemadmodum autem *Szilágyius* ex Functionibus, quas summas ac splendidissimas sustinebat, tum civilibus, tum militaribus, gloriose laudabiliterque administratis, famam sibi peperit immortalem, ita post plures egregias à Turcis reportatas victorias, insignesque partos triumphos, tandem fortunæ adversanti succumbens, à Turcis in prælio captus acerrimo, ignomini-

oso capitis supplicio Cpli affectus est: quem fatalem vitæ exitum verbis iuvat *Bonsfnianis ex Decad. IV. lib. 1.* depromtis, lectori benevolo heic exhibere: Rex Matthias *Michaëlem* avunculum & *Nicolaum Uilaki*, Regni fines adversus Turcos tueri iusserat. Ipse haud mora in Transilvaniam expeditionem cum *Palatino Michaële*, multisque Proceribus, Antistitibusque contendit, octo millia Equitum, & quatuor millia Peditum secum ducit: ceteras cohortes, turmasque *Nicolao Michaëlique* tradiderat, quò facilius Turcorum incursum tolerarent. Sed *Michaël* non multo post *Zognicsi* obsidionem (quando vix duo, ut perhibent, menses intercessere) male pugnando cum Turcis, capitur. Nam cum eorum adventum per exploratores accepisset, coacto repente exercitu, ad *Bozazin* (qui quidem locus sub *Senderovia* triginta millibus passuum est,) Turcis occurrit, impar hosti, cum honeste pedem referre non posset, audacter manum conserit, ratus fortunam pietatis & audaciæ rationem aliquam forsitan habituram. Primo congressu Mars arrisit, multi è Turcis à principio cecidere. *Alibekus*, & *Scander* frater ejus, brevem Christianorum numerum conspicati, cum utrinque cornua ducerent, extemplò circumveniendos Hungaros esse duxere, quod cum fecissent, ii ab hostibus circumventi, consternatis animis, partim magna patrata cæde occubuere, partim confusa acie elapsi effugere. *Michaël* inspectata sociorum clade, ne ipse quidem superesse voluit; in confertissimos, cum paucis qui superfuerant, hostes repente se coniecit, capiturque: quin etiam *Gregorius Labathan* Præfectus Alæ, & in Turcico diu bello versatus, hostiles manus evitare non potuit; quem in *Varnensi* clade captum quoque fuisse diximus. Ambo Cplim captivi ducuntur, & Imperatoris jussu capitis supplicium subire coguntur. *Michaël* prior, non sine hostili affectatione, obtruncatur: *Gregorius* mox eductus, cum in horam jugulum expectaret, quidam præsto Turcus adfuit, qui eum cum filio rependendum à Principe precario impetrarat, & pro captivo Turco repensus, fati diverticulum *Gregorio* est oblatum. Nimirum

*Supplicio indigno periit Szylagius Heros,
Fata ita dulcia vel tristia quemque manent.*

Scriptum *Szilágyi* Steph. Benjamin. Hungarus, Rector Gymnafii Varadiensis Calviniani, edidit libellum cum titulo: *Joh. Amos. Comenii Fama Lingua Latina referata aurea. Sive, Seminari-um Lingua Latina & Scientiarum omnium. Hoc est, Compendiosa, Latinam & aliam quamlibet Linguam, unà cum Scientiarum & Artium fundamentis, perdiscendi Methodus sub Titulis centum, Periodis mille, comprehensa, & in usum Scholæ Varadiensis, juxta Belgarum editionem postremam, accuratam & auctam, in Hungaricam Linguam translata per S. B. Sz. Leutschovia. 1672. in 8.* Propter homonymiam hujus & antecedentis perillustis strenuissimique Viri, num ex eadem *Szilágyiorum* prosapia ortum Vir iste eruditus trahat, nec affirmare, neque negare aulim.

Szöréni Alexander, Hungarus, P. Soc. Jesu. S. Theolog. nec non Philosophiæ in Academia Græcensi h. r. Prof. Publ. ejusdemque Bibliothecæ Præfectus solertissimus, edidit *Propylæum Bibliotheca Academia Gracensis publica, A. 1702. in 12.*

Scriptum *Sztetfi* Stephanus, gente Hungarus, S. Theologiæ Candidatus, Calvinianorum sacris initiatus, emisit: *Virgam Moysi, Lugduni Batav. A. 1646. in 8.* Vid. Gvil. Crovæi Elenchum Script. in S. Scripturum. p. 322.

T.

Tasfi Casparus, Nobilis Hungarus, Theologus Rom. Catholicus circa medium Seculi XVII. clarus, *Bellarmini aliquot Opu-*

HUNGARIÆ LITERATÆ.

379

Opuscula ex Latino in Hungaricum sermonem quam nitidissime à se versos perhibetur in Hungaria edidisse.

Telegdi Nicolaus, profapiæ nobilissimis quibusque ac antiquissimis *Hungaria Familiis* accensendæ suos debens natales, tam præclaros in literarum ac virtutum tramite fecit progressus, ut primum Vicarius ac etiam Administrator ad tempus Archi-Episcopatus factus fuerit Strigonienſis, circa A. C. 1576. postea verò A. 1579. splendidum Episcopi Qvinque-Ecclesiensis munus est consecutus. *Typis publicavit nonſolum Poſtillas Conciorum; ſed etiam Opus quoddam de Mercede Bonorum Operum, idiomate Hungarico ſcriptum, contra Petrum Bornemiſzam Theologum Calvinianum. Tyrnavia, A. 1580. in 4. Confer circa fin. p. 310.*

Thomas, gente *Dalmata*, ortu Spalatensis, ipſomet teſte c. 32. natus eſt A. C. 1200. factus primùm Canonicus Spalatensis, dein A. C. 1230. in ejusdem Eccleſiæ Archi-Diaconum à Capitulo electus eſt, abſente & vehementer reclamante Guncello Archi-Epiſcopo, cui Thomæ zelus, & juſtitie amor, moresque paululum ſeveriores neutiqvam placebant. Obiit 1268. in Eccleſia S. Franciſci in ſuburbio Spalatensi ſepultus. Cujus inſcriptionem ſepulchralem exhibet Joh. Lucius in capite ſuarum notarum. Condidit iſte Thomas *Hiſtoriam Salonitanam*, ſive Pontificum Salonitanorum atque Spalatensium, capita 51. continentem, quam ad calcem operis ſui de Regno *Dalmatia & Croatia* edidit *Johannes Lucius, Dalmata, Amſtelodami 1666. fol. f. m. 310.* qvi Thomam noſtrum unicum rerum Dalmaticarum ſui ævi ſcriptorem vocat. *Vid. Guil. Carvei Hiſt. Liter. Scriptorum Eccleſ. P. 11. f. m. 248.*

Diverſus ab iſto eſt *Thomas Illyricus*, qvi edidit: *Sermones de charitate, apud S. Nicolaum de Portu, A. 1525. impreſſit*

ronymus Jacobus: *Tractatum de Laudibus Nominis Jesu. Tolosa. 1519. Tract. De Potestate Papæ. Vid. Jos. Simleri Epitom. Biblioth. Gesneri f. 662.*

Thurius Georgius, natale solum nactus *Hungariam Inferiorem*, inque ea *Taurunum*, urbem *Servie* primariam, ad confluentiam Savi cum Danubio sitam, *Nándorfejevár* hungar. & *Grichischweissenburg* german. dictam, ubi *Patre* editus est *Paulo Thurio*, viro & generosa creto profapia, & doctrinâ præstantiore polito; *Matre* verò *Maria*, è familia *Bokefiorum* nobilissima. Postquam is sub *Demetrio Karkovio* præceptore, & deinceps in celeberrimis Germaniæ Academiis multiplici eruditione animum replevisset, atque vernaculæ suæ trium cardinalium lingvarum, latinæ, græcæ, germanicæque peritiam junxisset, carminibus potissimum pangendis operam suam consecravit, quo etiam in stadio tam propitium expertus est Apollinem, ut excellentioris spiritûs Poetici testimonium, in Academia Heidelbergensi, à *Paulo Schedio Melisso*, Poeta & Professore famigeratissimo, solenni temporibus ipsius Laureæ impositione consecutus fuerit amplissimum: unde Poetas inter latinos locum meruit haut postremum. Sanè Poemata illius omnia tanti fecit *Joh. Philipp. Pareus*, ut eadem hungaricorum *Poetarum Delitiis* inferere dignissima judicârit. His igitur aliisque diviniore ingenii dotibus atque eximiæ eruditionis speciminibus probè trutinatis, viris clarissimis *Theodoro Beza*, *Bartholomao Kekermann*o, *Simoni Sthenio*, *Joh. Ulrici Bipontino*, *Melchior. Adami*, pluribusque aliis eruditione ac munerum amplitudine spectatissimis, familiariter innotuit, à quibus etiam variis carminum elogiis, imprimis ob adeptam lauream poeticam, euphemiis maximè favorabilibus celebratus fuit. Præter *Scripta Poetica*, an alia quoque ediderit non liquet; illorum verò triplicia duntaxat in *Delitiis Poetar. Hungar.* à *Joh. Philippo Parco* sunt producta, nempe: *Elegiarum Liber*, *Epitaphia cognatorum & fratrum*, atque *Epigrammata*.

In

In *Elogiis* eidem tribuendis non adeo parcos fuisse reperio Viros de re literaria meritissimos, ex quibus tantum gemina haud abs re fuerit heic adduxisse: *Joh. Petr. Lotichius in Biblioth. Poetica P. IV. p. 141*:

Georgius Thurius, Hungarus, Poeta.
Thuricremis Thurius plus dulcia carmina donis,
Quæ vel Arabs, vel fert terra Sabaa canit.
Quis rigidus igitur nunc Pannonas dicere aufit,
Gens ea tam nitidi cum sit odoris amans.

Elogia.

Melchior verò *Adami* sequenti eum maectat præconio:

Cur te Beza suum, cur te vocat ipse Melissus,
Id numeri faciles, osque trilingue facit.
Cuncta isthæc tibi sunt; decorant quæ singula multos:
Pannonius non sis, Ennius ergo mihi.

De reliquo an *Georgius* iste *Thurius* fortitudinis quoque gloria eminuerit, definire nequeo: *Lansius* cerè in *Orat. pro Hungar. p. 455*. *Georgium Thurium* fortissimis Hungariæ Heroibus annumeravit, quando ita differuit: *Adversarum impetus rerum, nec Zerinii, nec Jurissiczii, nec Georgii Thurii, nec Nádasdii, nec tot innumerabilium fortium Hungarorum, vertit animum; manent illi in statu, & quicquid evenit, in suum colorem trahunt.*

Ad *Paulum Thurium*, *Georgii* Patrem quod attinet, Auditorem eum fuisse *Philippi Melanchthonis* *Joh. Petr. Lotichius Biblioth. Poet. P. IV. p. 141*. memoriæ prodidit: Sacris autem studiis pectus præcipuè habuit instructum, unde etiam *Albana* in disputatione, orthodoxam de Deo doctrinam eruditè & fortiter contra Unitarios defendens, egregiam nominis famam reportavit. Epitaphium ejus apud citatum *Lotichium* his numeris adscriptum exhibetur:

Thurinum genuit, docuit Viteberga, Philippo
Doctore, ossa tenet Szantovia, Astra animam.

Thurzó Johannes, Illustrissimæ Hungariæ Comitum Profapiæ natales debens suos, Episcopus erat Vratislaviensis ordine 34. vel secundum quosdam 35. Electus 6. Febr. A. 1502. Insulam accepit 22. Martii A. 1506. Præfectus Primarius Utriusque, Silesiæ elect. 14. April A. 1507. Arcem Kaltenstein, p. t. Burgum S. Johannis dictum, de novo extruxit. A. 1509. 11. Martii Ludovicum ætatis suæ anno III. Pragæ coronavit in Regem Bohemiæ. Obiit Nissæ d. 2. Aug. Anno 1520. ætatis suæ A. 56. Sedit annos 18. Sepultus Vratislaviæ. *Plura de hoc Episcopo videsis in Nicol. Poliæ Hemerologio Vratislaviensium: & in Tractat. Martini Hankii, Præceptoris quondam nostri venerandi, De Silesiis Eruditis Alienigenis. Conf. nostrum quoque Specimen, pag. 167. voc. Henkelius.*

Judicia. Richardus Bartholinus Perusinus, in *Hodæporico Matthæi S. Angeli Cardinalis Gurcensis*, Tomo II. *German. Rer. Scriptor. Marquardi Freheri*, fol. 344. ex *Joh. Dantisci elogio tradidit de hoc Turzone seqq.* In versibus Casparis Ursini cum non vulgares & Gurcensis laudes, & *Johannis*, Episcopi Vratislaviensis, nomen legissem, quem ego propter divinas ejus virtutes, & morum svavitatem, doctrinamque, ac miram in literatos benevolentiam (quas etsi ab aliis, Casparis tamen præconio uberius intellexi) veneror & colo, piaculum me facturum putabam, si versus non inseruissem. Atque illi Versus extant loco cit. fol. 345. 346. & 347.

Caspar. Theophil. Schindler. in Silesia Togata, pag. 134. sequens de hoc Thurzone, metricum profert elogium:

Johannes V. *Thurzo*, Hungarus, Episcopus Vratislaviensis 34. aliis 35.

Thurzo favens doctis doctrina præditus ipse,

Sacratam rexit cum pietate domum.

Veneratus est *Johannem* hunc *Thurzonem* & frequens cum eodem commercium habuit literarium, Erasmus quoque Roterodamus, quod ex ejus Epistolis typis impressis sufficienter apparet.

In flore hodiernum est viridi *Thurzonum* perantiqua in Hungariæ regno profapia, quæ in duas divisa est lineas: altera quidem ad *Comitum* usque evecta fastigium; altera autem in Nobilium adhuc subsistente gradu per Hungariam Superiorem longè lateque diffusa. Ex Comitum linea *Thurzones* Comites sunt perpetui *Comitatûs Arvensis*, habentque Leutschoviæ in templo Cathedrali splendidum sepulturæ suæ monumentum. De *Alexio Thurzone*, quæ *Fongelinus in Catalogo Palatinorum* Regni Hungariæ memoriæ prodidit, digna sunt quæ heic producantur:

* *Alexius Thurzó de Bethlenfalva, Iudex Curia Regia, fit Locumtenens Regius per Hungariam, moriturque initio Anni 1543. Nam postquam ad Ferdinandam libertatis Perénio obtinenda causâ profectus, nullum operæ pretium fecisset, domum reversus in morbum incidit, quem cum sustinere non posset, divisa testamento inter filias & patruales opulentissimâ hereditate, è vita migravit, ac Levociam deductus, avito sepulchro, singulari funeris pompa, illatus est. Fuit vir prudentia ac gravitate summa, priscique & integri moris, à Vladislao primum ad honores evectus, deinde liberalitate Ludovici dignitatibus bonisque auctus, postremo majores opes & divitias à Ferdinando consecutus, & inter primos amicorum adscitus, tum commendatione Annæ Regina, cujus gratia florebat, tum quod Germanicâ & Polonicâ linguâ facundus, fide incorrupta, & pacis artibus clarus habebatur. Ejus infortunus exitus Perénio angorem & mæstiam non mediocriter auxit, quod se claro prapotentique depreatore orbaturum viderit, seque vel innocentem, indefensum, diuturno carcere macerandum, & denique periturum putaret.*

* *Georgius Thurzó, Evangelica Religioni addictus, officio Palatini Regni Hung. summâ cum prudentiâ atque animi magnitudine functus est. Elogia summatim de eo congesta Leonhard.*

hard. Hutterus in Dedicat. Irenici sui Christiani, *verbis expressit hisce: Immortalem nominis gloriam, per univ(ersum) Orbem Europaeum, jure sibi deposcit, Celsissimus Princeps ac Dominus, D. Georgius Thurzó &c. Palatinus Regni Hungaria, qui providâ suâ curâ & vigilantia nunquam satis laudatâ praestitit, ut expurgato omni haeticorum fermento, Ecclesiis Hungaricis ynnicius reformatis, aurea in religione pax, libertas, sinceritas, constaret.*

* Emericus Thurzó, filius hujus Georgii, strenuus quoque Evangelicae Religionis propugnator & propagator, fidei & paternae prorsus suâ curâ Ecclesias Lutheranas sinceris & orthodoxis Ministris, Verbiq(ue) Praeonibus eruditissimis stabilivit, atq(ue) X. Hungaria Comitatibus tres Superintendentes praefecit. In Universitate Vittebergensi tempore Leonhardi Hutteri studens, Rectoris Magnificentissimi spartam sibi oblatam, non tantum gratiose accepit, sed gloriose etiam administravit, cujus debitas laudes dictus Hutterus uberius exposuit in Dedicat(ione) Irenico vere Christiano A. 1616. praemissa, quorum aliqua utpote ad debitam virtutum hujus Emerici commendationem quam maximè facientia, inde excerpta, haut quaquam heic omittenda esse judicavi. Biennium est ipsum, inquit, ex quo Tua Celsitudo ad Vittebergensem nostram Academiam, uberius ingenii cultus percipiendi gratiâ accessit: & sub primum statim aditum, indolem plane heroicam, & animum non nisi ad summa quavis natum, singulis Academia Proceribus ita egregie demonstravit, ut in sui non tam amorem, quam admirationem omnes pelliceret. Verum hanc ipsam laudem & encomiorum Tuorum Rhodum aliis pro dignitate exornandam lubens relinquo. Aliud est & singulare, quod Tua Celsitudo toto eo, quo nobiscum vixit, tempore, sibi tanquam proprium vendicare, animadversa fuit. Serium nimirum Pietatis studium, cum fervore ac Zelo erga puriorem Religionem Lutheranam ardenti ac indefesso. Quam enim nominis gloriam celebritatemque pleriq(ue) alii illustriore loco nati, vel ex Majorum rebus gestis &c.

pete-

petere consueverunt, de iure sapius ἀγαθὸν vel parum, vel nihil solliciti, eam T. C. ex lectionum Theologicarum auscultationibus assiduus; ex disputationum sacrarum velitationibus; ex colloquiis sacris, planè immortalem sibi conciliare studuit. Certe ipsi ἀνθοῦντες nostrorum parietes, ipsa profecto subsellia, Tua Celsitudini tum præstantiam heroicam, tum vocem ad gravitatem auctoritatemque singularem unicè compositam, hodieque mihi referre videntur: eam cumprimis vocem, qua in quaternis illis disputationibus publicis, Irenico Pareano jam tum recens publicato, à me ex professo oppositis, totum Auditorium verè animavit, dum de rebus & quæstionibus Theologicis longè gravissimis, accuratè, promptè, eruditè disseruit, neque prius disputandi finem fecit, quam penes utram partem, nosne an D. Pareum militaret veritas, exactè perspiceret, & quid distarent ara lupinis, haberet exploratissimum. Atque post lineas interjectas quam plurimas, pergit Hutterus: Spem hanc nostram mirificè roborat factum illud solenne, & aternâ memoriâ dignum, quod T. C. haud prius ex nostra abire Academia voluit, quam Libro Christiana Concordia nomen suum præcelsum publicè dedisset; idque nemine vel petente, vel suadente, vel quovis modo exigente, sed proprio pietatis & fervoris religiosi instinctu & arbitrio.

Quæ plura de Thurzonum Prosapia illustrissima afferri deberent Elogia, ea in unum quasi fasciculum colligasse mihi videtur M. Georgius Michaelis Cassai, Hungarus, Ord. Philos. in Academia Vittebergeni Adjunctus, quippe qui in Dissertatione de Montibus Hor & Nebo, maximorum apud Israelitas Principum, Moïsis & Aharonis, morte ac sepulturâ celeberrimis, Præsidente M. Paulo Bergero, Fac. Phil. Adj. & Respondente Johanne Thurzone, Vittebergæ. A. 1707. d. 4. Junii ventilata, dictum Thurzonem ex familia Thurzonum Nobilium oriundum, tali prosecutus est Carmine gratulatorio.

*Thurzonum quondam Nomen fulgebat in amplo
Hunnia dum Regno, nec prorsus Teutonis ora*

Ccc

Hoc

*Hoc ignorabat, Venetus nec frugifer orbis.
 Pro-Rex Hungariæ nam Thurzo Georgius Heros,
 Addictus fidei veræ, qui gloria gentis,
 Cum floreret, erat: cujus post Natus ad Albim,
 Emericus, Rectoris splendida Sceptra tenebat.
 A Venetis Thurzo didicit, confusa metalla
 Secernendi, Artem qua regno commoda multa
 Attulit. Extinctum tamen hoc Stemma putassem,
 Ni Thurzo Montes conscendens Leucoris Alma,
 Ederet egregium Specimen, quod Nomine dignum
 Thurzonis. Quem iure bono tibi grator honorem,
 Atque simul voveo, jungantur Nomen & Omen !*

Tomkó seu Tomkus Marnaviciô-Dalmata, Episcopus Bosnensis circa A. C. 1631. clarus, edidit Librum de Sanctis Illyricanis: Item Vitam Petri Berislai, A. 1621. Præterea ab eodem S. Felix Episcopus & Martyr, Spalatenſi urbi & veritati vindicatus est, Romæ, A. 1634. in 8. Denique Unica Gentis Aureliæ Valerie Salonitana Dalmatiæ Nobilitas, ab hoc ipso quoque descripta & edita est Romæ, 1682. in 4.

Tordai Demetrius, Hungarus, Ecclesiæ Ovariensis in Transylvania Pastor, postea verò ob insignem eruditionem, exemplarem pietatem, morum gravitatem, vitæque integritatem, in Synodó Ministrorum Ecclesiarum Hungar. Augustanæ Confessionis ad oppugnandos errores *Francisci Stankari*, Itali Mantuani, Antitrinitarii, tertiâ feriâ Palmarum A. C. 1554. Ovarini congregata, primus in Transylvania Ecclesiarum Evangelicô Lutheranarum Superintendens renunciatus & confirmatus est. De quo plura nosse cupiens, *Georg. Hanerum in Histor. Eccles. Transylvan.* poterit adire.

Toppeltinus Laurentius, Transylvanus, vir ab eruditione tum philosophica, tum theologicâ, tum juridica commen-

datis.

HUNGARIÆ LITERATÆ.

387

datissimus, Præceptore in juventute sua usus est in Academia *Abbenſi Tranſylvaniæ*, *Iſaaco Baſirio*, Anglo, olim Caroli, magnæ Britanniæ Regis capite plexi Confeſſario, poſt abſolutum ſtudio-
rum curriculum, nobilis cujuſdam Tranſylvani, *Fleiſcheri* nomi-
ne inſigniti, itineris pariter comes ac morum præfeſtus, varias
peregrinationes in exterarum regiones feliciter æque ac utiliter o-
bivit. *Lugdunum* autem in Gallia aliquandiu ſubiſtens, libellum la-
tino ſtylo conſcriptum, vulgavit, cum titulo: *Origines & Occa-* *Scripta.*
ſus Tranſylvanorum; ſeu, *Erute Nationes Tranſylvaniæ, earum-*
que ultimi temporis Revolutiones, hiſtorica narratione breviter
comprehenſa: Autore Laurentio Toppeltino de Megyes. Lugduni,
ſuntibus Hor. Boiſſat, & Georg. Remens, A. 1667. in 12.

De hoc Toppeltino M. Valentinus Baumgarten, *Cæſaris Clau-*
diopolitani Miniſter, & Gymnaſii ibidem Rector, in-literis Reſpon-
ſoriis ad literas Joh. Pauli Felvingeri A. 1667. IV. Nonas Julii
Claudiopoli dæſis, tale tulit Judicium: Qvod ad Toppeltinum at-
tinet, virum rara præditum humanitate, & eruditione haut tri-
viali, de eo ſic judico, qvod, ſicuti de me exiſtimavit, ita prædica-
verit, nempe immodicè ac nimis amicè, ſaltem ut me in tui pro-
priorem inſinuaret amicitiam, extaretqve ſui erga me favoris per-
petuum argumentum.

Judi-
cium.

Tranſylvanus Maximilianus, *deſcripſit navigationem* *Scripta.*
Caſtellanorum ex Hiſpania ad Moluccas ab Occidente in Orientem
per inferius Hemisphærium Caroli V. auſpiciis inſtitutam. Liber
impreſſus cum aliis Novi Orbis auctoriſibus Baſilea, teſte Joſ. Sim-
lero in Epitom. Biblioth. Geſneri. f. 497.

Trinkellius Zacharias Ignatius, *poſonii in Hungaria*
A. 1602. natus, Deo ſe in Societatem Jeſu devovit A. 1617. & vo-
torum IV. ſolenni ſacramento ſe obſtrinxit. Vir magnis naturæ &
gratiæ donis excellens, poſtquam Ethicam, Philoſophiam ac The-

ologiam in Universitate Græcensi laudatò docuisset, ob singulare talentum quo pollebat gubernandi, à Scholis abstractus, eidem Collegio præesse iussus est: Postea etiam Collegii Tyrnaviensis, nec non Domus Professe Viennensis ac demum totius Provinciæ Austriacæ habenas capeßere. Patres, qui in tertia Probatione versantur, magno emolumento spiritali, per quinquennium instruxit. Bis in Comitiis Provinciæ electus est, ut Romam adiret, Congregationibus Generalibus Nonæ & Decimæ interfuturus. Multa & ardua, pro Dei gloria, & bonæ Societatis (quæ unicè spectabat) suscepit, perfecitque. Fuit siquidem ingenio perspicace, prudentiâ singulari, consilio prompto, in tractandis negotiis animo erecto, atque imperterrito, ita, ut primariis ubique viris, qui illius consilio frequenter utebantur, fuerit perquam acceptus; sed quantò apud alios in pretio extitit, tantò magis suæ depressioni studuit. Unde post traditam in Academia Græcensi, cum plausu Philosophiam, per repetitas sapiens preces à Superioribus expressit, ut ad infimam elementariam Scholam, anno sequenti, eodem in loco docendam, fuerit applicatus. Nec minor fuit illius in adversis tolerantia, præsertim in præcutis podagræ & stomachi doloribus perferendis, cum quibus 30. propemodum annorum spatio, vivacissima mente & imperturbata animi serenitate conflixit. Sed & his spontaneas quoque adiciebat corporis sui afflictiones, easque ferme quotidianas. Cum sæpe morbis arceretur à litando, nunquam tamen interdici sibi voluit, quo minus cælesti pane Eucharistiæ se reficeret. Deiparæ Virginis cultui à teneris annis addictus fuit, ejusque sine macula originis conceptæ celebritatem apud Augustissimum Imperatorem Ferdinandum III. magnopere promovit. Demum maturus cælo, licet cum multorum Optimatum dolore, ad laborum præmia ex hac vita emigravit, Posonii, die 18. Septembr. A. 1665. In lucem edidit Librum

Scripta. Asceticum, sub titulo: *Major Dei Gloria, finis unicus Societati propositus, per Exercitia Spiritualia S. Ignatii. Viennæ Austria, apud Matthaum Cosmerovium, A. 1656. 4; Auctus deinde & recusus,*

ius, ibidem, typis Joh. Jacobi Kürneri, A. 1660. in fol. Iterum ibidem, A. 1663. Vid, Nathan. Sotvelli Biblioth. Script. Societatis Jesu, fol. 787.

Trösterus Johannes, Cibiniò-Transylvanus, Noribergæ maximam vitæ suæ partem variis editis libellis consumsit, ubi etiam 30. circiter ante annos agere inter homines desit: ejusdem studio & curâ lucem publicam aspexit Libellus germanicus cum titulo: Polnisches Räder-Rest. Nürnberg/ A. 1666. in 12. Deinde Pöblicher Svetonius: Das ist/ Kurz-gefaßte/ doch gründliche Zeit Beschreibung aller Römischer Bischöffe und Päbste/ so von dem Ersten/ bis auf den Innocentium XI. inclusive, gewesen sind &c. Ibidem 1684. in 12. cum figuris æneis Paparum. Denique Johannis Bethlenii Rerum Transylv. Libros IV. continentes res gestas Principum ejusdem ab A. 1629. ad A. usque 1663. in germanicum idioma convertit. Inscriptione facta seq: Das bedrängte Dacia: das ist: Siebenbürgische Geschichte u. Nürnberg A. 1666. 12.

Scripta.

Truberus Primus, ab Eruditis communiter Doctor Slavonicus καὶ ἑξοχὴν appellatus est, non quasi ex Slavonia, propriè sic dicta Hungariæ provincia, natales suos derivasset, sed quod Slavoniæ seu Illyricæ lingvæ callentissimus, libros eadem conscriptos utilissimos, gentis in Slavonicæ gloriam ediderit quam plurimos; natus enim est A. 1508. Rosterlicii pago Carniole sub ditione Comitum ab Auersperg, tribus milliaribus Labaco, metropoli illius provinciæ (ubi Sclavonica lingua incolis vernacula est) diffito. Hic A. 1627. Lacea Parochus est ordinatus, & A. 1542. Canonicus in D. Martini Fisteratis Basilica est constitutus, A. C. 1547. cum cultus Rom. Catholicorum ecclesiasticos vehementius reprehendisset, atque nonnullos corrigere etiam incepisset, jussu Urbani Textoris, Episcopi Labacensis, omnibus suis beneficiis ex-

utus & Bibliothecâ spoliatus est. A. 1548. ortâ novâ persecuti-
 one, Provinciâ Carniolanâ ejectus. Hinc primûm Noribergam
 venit, ubi publicè dogmatibus Rom. Catholicorum renunciâs,
 Evangelicorum ad Communionem accessit, unde Roteburgum
 ad Tubarim ad ministerium Eccles. capeffendum vocatus, ibi uxo-
 rem primam duxit, fideliterqve Ecclesiæ servivit. A. 1562. Cam-
 penfi Ecclesiæ Præfectus octennium Evangelium ibi docuit. Hinc
 ab Illustrissimo Principe *Christophoro Würtembergico Derending-
 gam* non procul à Tubinga translatus est, ubi ad ultimum usque
 vitæ halitum, qvòd incidit A. 1586. ætatis suæ 78. Superintenden-
 tis Specialis munere piè, sanctè & vigilanter functus est. Memo-
 rabile de hoc Viro istud est, qvòd *Primus* hic omnium primus *La-
 baci* in Carniolia dogmata B. Lutheri, & Evangelium Christi re-
 purgatum docere cœperit: Deinde qvòd primus invenerit artem
 scribendi lingvâ Slavonicâ seu Vandalicâ, antea nunqvam visâ,
 nec in libris usurpatam, qvi subsidiis Serenissimi Principis *Christo-
 phori Würtembergici*, & conjunctis operis *Stephani, Consulis
 Histriani*, & *Antonii Dalmata*, officinam Typographicam Tu-
 bingæ instituit Vandalicam, qvam ad rem ingentesumptus con-
 tulit liberalitas qvòqve Illustris *L. B. Johannis Ungenadii à Son-
 neck*, qvi postmodum ab hoc *Trubero* in lingvam Slavonicam tra-
 ductorum Librorum Theologicorum Lutheran. multa exempla-
 ria ad Turcicas gentes, ut ex eorum diligenti lectione adminicula
 nanciscerentur, ad Christianismum perveniendi, haut exiguis pa-
 riter sumtibus transportari curavit. *Hic ipse Ungnadius, cum sub
 Imperatore Ferdinando Styriæ & Carinthiæ præfuisset, contulit se
 in Academiam Vittebergensem, & ad vicinas Ecclesias: ut in do-
 ctrina Evangelicorum magis confirmaretur.* Deinde ab Illustrissi-
 mo Principe *Christophoro Würtembergico* receptus, Uraci diu
 habitavit, post Tubingam commigravit. Obiit A. C. 1565. in Bohe-
 mia arce sororii Joachimi Schlickii Vintricia, admodum senex:
 inde Tubingam transeectus, ut jusserat, magnificè in templo S.
 Georgio dicato est sepultus.

Sunt

Sunt autem illa Opera à *Primo Trubero* in linguam Slavonicam seu Illyricam translata sequentia : *Catechismus Lutheri cum Scriptura additamentis D. Brentii, Tubinga impressus A. 1575. in 8. Augustana Confessio, Ibidem, 1562. Ecclesiastica Evangel. Lutheranorum Ordinatio. Examen Philippi Melancthonis. Ejusdem Loci Communes Theologici. Cantica spiritualia. Postilla B. Martini Lutheri. Psalterium Prophetarum & Regis Davidis. Novum Domini nostri Jesu Christi Testamentum ex Græco fonte in linguam Slavonicam traductum. Ibid. 1577. in 8. II. Tomis.* His ipsis fructuosus suis laboribus effecit *Truberus*, ut repurgata Evangelii doctrina non solum in Ducatum Carniolæ; sed & Carinthiæ ac finitimas regiones, imò in ipsum Turcicum Imperium fuerit introducta, ac passim ibidem propagata.

Doctori huic *Slavonico* ante portam templi *Derendingensis* humato, concionem funebrem habente *Jacobo Andrea*, Theologo Tubingenfi Primario, ac t. t. Cancellario Universitatis clarissimo, *Martinus Crusius*, cui cum *Trubero* amicitia arctissima intercessit, beatè defuncto sequens scripsit Epitaphium.

Vir tumulo hoc sanctus de Sclava est gente sepultus,

Primus: qui Christi nomine multa tulit.

Transtulit in patriam divina volamina linguam:

Sparsit in Eoas dogmata sancta plagas:

Pulchre certavit: cursum ratione peregit:

Nunc ipsum in cælo pulchra corona manet.

Uberior B. hujus Viri vita, partim ex dictâ *Jacobi Andrea* Concione funebri, partim ex *Crusii Annalibus Suevia P. III. Lib. 12. c. 11.* à *Melchione Adami* compilata, reperitur in *Ejusdem Tract. de Vitis Eruditorum Theologorum German. f. 273. & seqq.* nec non in *Pauli Freberi Theatro Viror. Erudit. claror. f. 266. ex eodem compendiosè illuc translata.*

N. Trypho, Dalmata, ob sibi subreptos quingentos aureos, incerore obiit. Erat Philosophus & Poeta acutus, ingeniosus & tersus. *Pierius Valerius de Infelicit. Literator.* p. 161. affirmat, suam ætatem rarissimos habuisse, quos Latinarum Græcarumque cognitione Tryphoni conferre posset. Addit ipsum Timonico fuisse ingenio, adeò ut humanum genus omne evitaret, nulliusque contubernium ultra triduum ferret. *Diversus est hic noster à Tryphone Alexandrino, Grammatico, atque à Tryphone ὁ Ἀπρονγκαλιώτης, qui allegatur ab Autore Etymologici M. in Δαρείον.*

Tubero Ludovicus, gente *Dalmata*, dignitate Abbas, civis Imperii hungarici, juris patrii Canonicique peritissimus, atque amoenitatum historicarum sectator studiosissimus, scripsit *Scripta. Libros XI. Commentariorum, de Rebus, quæ temporibus suis, in illa Europa parte, quam Pannonii & Turca, eorumque finitimi incolunt, gesta sunt. Francofurti. Mæn. 1603. in 4.* Claruit etiam quidam *Tubero A. U. R. 649.* quem *Cicero in Orat. pro Muræna* eruditissimum vocat, & à Pomponio inter *JCtos* refertur, à nostro hoc *Tuberone*, temporis ac gentis habitâ ratione, longissimè diversus.

Judicium. De hoc *Tuberone Boxhornius in Commentar. ad Tacit. Annal. Lib. 6. tale fert Judicium:* Tubero accuratissimus & prudentissimus Scriptor, qui in paucorum est manibus.

Túróczy sive *Turocius*, patriâ Hungarus, claruit circa A. 1490. Opus Historicum de Regibus Hungaricis conscripsit ab Attila primo Rege, usque ad Coronationem Matthiæ Corvini, quæ A. 1464. contigit, nisi quod 40. annorum series ab A. 1342. ad annum usque 1381. Johannis de Kikellö operâ digesta sit, eam Historiæ suæ, habita temporis ratione, verbotenus inseruit *Turocius*, & dicto Matthiæ Regi dicavit. Prodiit hoc *Chronicon* ex utriusque laboribus concinnatum, in III. Libros dispositum, *Augustæ Viindel. typis Erhardi Radholt A. 1482. impensis verò Theodori Feger,*

Feger, concivis Budensis : nunc inter Hungaricarum Rerum Scriptores à Jacobo Bongarsio editos recusum, Francof. Mœn. A. 1600. in fol. Ex *Gvil. Cavei Histor. Literar. Scriptor. Eccles. P. II. f. 318.*

Gerh. Joh. Vossius de Histor. Latin Lib. III. c. 6. p. 572. Magister Johannes Turocius, sive de Thvvroc, Pannonius, (quem & *Cuspinianus* se in Imperatoribus sequi profitetur) famam ac nomen meruit *Chronico* suo Rerum Hungaricarum, quod *Matthiæ Corvino*, Hung. ac Bohem. Regi dicavit. Incipit vero ab Gentis ortu, ac Rege *Attila*, & perducit usque ad A. 1342. quo in *Caroli* Regis locum *Ludovicus* successit. Hinc sequitur *Johannes* Archidiaconus de *Kikullew*, in Ecclesia Transylvana Vicarius Strigoniensis in Spiritualibus generalis. Is Res *Ludovici* Regis scripsit usque ad obitum ejus, qui incidit in A. 1382. Fuerat autem *Ludovico* Regi Notarius à Secretis, ut res ejus satis habuerit exploratas. Post hanc partem *Johannes de Kikellew* (quam *Historiæ* suæ *Turocius* inseruit) agit idem *Turocius* de miserabili casu *Caroli*, cognomento *Parvi*, qui post *Ludovicum* imperavit; atque inde, pergit usque ad coronationem *Matthiæ*, quæ incidit in Annum 1464.

De hoc suo Chronico ipse Autor in Prefatione fassus est, se id non tam ex se, quam aliis quibusvis obviis Autoribus compilasse, ceu quidem ex verbis patere potest hisce: Rebus in his ex me fecerim nihil, Veteres in omnibus secutus sum Historias, & sententias Auctorum transgressus sum in nullo. Partes quidem Scythiæ, & illarum situm; Attila quoque Regis gesta, pluribus Chronicis operibus ea propter indagatis, stylo paulo ampliori, quam priores Hungariæ historiæ effeceram auctores, illorum undique positiones intermiscendo &c. Et in Historia de Carolo, cognomento Parvo, Rege Hung. scribit: Hujus Regis Caroli lugubre exitium quidam Laurentius de Monachis, Venetus, homo haud indoctus; ipsâ gestarum rerum atate compendioso pariter & metrico carmine perstrinxit. Quem in magnâ sui parte secutus, maxime ne ex me aliquid facere videar. Imprimis autem ex Anonymi

nymi cujusdam Codice MS. latino membranaceo in *Augustissima Vindobonensi Bibliotheca* asservato, pleraque sua vel simpliciter, vel interpolatè *Turocium* Chronico suo intexuisse *Daniel de Ne Tel*, J.C. Sacrae Cæs. Maj. Leopoldi Augusti quondam Consiliarius & Bibliothecarius Aulicus, perhibuit, in *Sciagraphia, seu Prima Delineatione & Brevis Notitiâ Magni Corporis Historici hactenus inediti, breviter tamen Deo volente edendi*, dum differit, p. 29. h. m: *Anonymi Codex MS. historicus latinus membranaceus A. C. 1358. scriptus spectatu dignissimus inauratis picturis exornatus, ex quo Johannes de Thurocz, alias de Thurocz, & Thurocius, sive Thurocensis dictus (qui sub Rege Matthia Corvino potissimum. floruit) Res gestas Hungarorum ab origine gentis usque ad A. G. 1342. seu mortem Regis Caroli, Patris Regis Ludovici, quas sub tit: Chronice Hungarorum, edidit, partim simpliciter, partim interpolatè mutuatus est. Immiscuit quoque Turóczius suo Chronico Anonymi cujusdam II. Volumina Chronici operis, quorum alterum super Gen. X. alterum super XI. cap. suas fundaverunt origines, atque temporibus Divorum Caroli & Ludovici Hung. Regum conscripta fuisse traduntur. Id quod ipse Turóczius de se non inficiatus est, in Part. I. sui Chronici.*

Neque silentio prætereundum esse reor, dictum illud *Turoczii Chronicon* typis quoque Gothicis impressum prodiiisse, *Venetii, A. 1488. in 4.* Eidem *Turóczio* tributum esse reperio Scriptum aliquod *Soliloquii* titulum præfixum habens, mihi tamen hucusque nondum visum.

Judicia.

Supereſt ut *Judicia* hinc inde ab Autoribus de hoc *Turoczio* quoque allata his subjiciam, quæ numero licet sint quam plurima, omnia tamen eò collineant, Virum illum fuisse eruditionis multivarie luce valde conspicuum: Ex iis vero ut unum alterumve heic producam, ordinis ratio exigit, quorum primum ex *Trithemii Catal. Vir. Doct. ita se habet*: *Johannes Thuroz, Pannonius, Vir in secularibus literis studiosus & exercitatus, ac Divinarum Scripturarum non ignarus, ingenio præitans & clarus eloquio.*

Alterum ex *Conradi Samuel. Schurzleischii Dissert. de Superior*

HUNGARIÆ LITERATÆ.

395

perioribus Hungariæ Conversionibus §. 21: Thurocius, studio in Regem Matthiam Bonfinio non inferior, sed stylo impar.

Tertium ex Epist. Dedicat. Collectoris Scriptor. Rerum Hung: In Turócio (scribit) simplicitas placet & fides, quæ certa, ex fragmentis veterum Annalium, quæ Lazius citat non semel, concepta.

U.

de *Ungaria* Michael, Frater Ordinis Minorum de Observantia, Conventus Pesthensis, edidit Sermones de Sanctis 120. *Bis Salutis inscriptos*, typis excusos primùm *Argentorati A. 1494.* in fol. tandem *Hagenœ*, per Henricum Gran, A. 1620. in 8. cum titulo: *Breviarium Concionatorum: Seu: Sermones Universales, continentes Concionum Materias pro singulis Dominicis diebus atque Festis totius anni.*

Scripta.

Ungerus Michael AA. LL. atque Philos. Magister, *gente Hungarus*, patriâ *Német-Uivarinus*, Gymnasii Sempronienſis quondam Conrektor, Vittebergæ studiorum suorum cursu emenso, Disputationem publicam Præses ventilavit: *De Æquatore & Zodiaco*, Respond. Joh. Joachimo Krautheim, Colonienſi Marchico. A. 1662. in 4.

Uremannus Johannes, gente *Dalmata*, Mathematicarum disciplinarum probè peritus. Hunc *Nicol. Trigautius* redux in Sinas ex Europa, ægrè ab Claudio Generali Præposito impetratum, secum avexit & incolumem adduxit *Macaum*, ubi triennio præstolatus occasionem in Regni interiora sese insinuandî, Mathesin Nostros interim docuit, ipse vicissim Sinenſem Astronomiam perdidit. Cum autem crebris vexaretur stomachi dolo-

Ddd 2

ribus,

ribus, auræ victuique mutando, *Nancianum* festinatâ profectione missus est, quo itinere, ut periculi, nescio quid declinaret, triduum totum, tempestate subfrigida, in carina navis delituit, pedibus in aquam demersis, unde morbum validiorem contraxit, quo brevi confectus est. In eo morbo cum vix hæreret ossibus, nec sine alterius ope se posset in flatum convertere, cruciatus suos temperabat dulcissimis cum Christo crucifixo colloquiis, cujus effigiem semper habebat ad manus. Sanctorum res gestas sibi volebat identidem recitari, interpositis Psalmis Pœnitentialibus, ut sua ex illis sensa repetere posset, & miscere sermones. Flagrabat amore divino, studioque proferendæ apud *Sinas* ejus gloriæ, cui tamen cum non posset satisfacere, libenter se aiebat morem gerere divinæ voluntati. Sacrum sigillum Indulgentiis insigne dextero brachio cum illigasset, paulò post, pronuntiatio tertio sacrosanctis nominibus Jesu & Mariæ, oculis in Crucifixum Dominum defixis, spiritum suavissime exhalavit Nanciani, in Sinis, feria 4. post Pascha, quæ in diem 22. Aprilis incidit Anno salutis 1620. Cadaver postridie Nancinum auctum in Sociorum sepulchrum illatum est. Scripsit *Annua Literas Japoniæ Annorum 1615. & 1616.* Vid. *Nathan. Sorvelli Biblioth. Script. Societatis Jesu.*

V.

Vagnerus Valentinus AA. LL. & Philos. Magist. *Coronæ-Transylvanus*, Theologus apud Coronenses non minus pius quam exercitissimus, præterque alias complures lingvas Græcæ imprimis peritus, in reformatione Ecclesiarum Transylv. Johanni Huntero quondam coadjutor & socius strenuus exiit. Cum Coronæ multi Græcorum conmorarentur, A. 1544. *Græcam Catechesin* in eorum usum prælo subiciebat, non sine maximis Universitatum Germaniæ gratulationibus & approbationibus, eorumque in quem usum

usum composita erat insigni emolumento. *Plura de eo legi merentur in Georgii Haneri Hist. Eccles. Transylv. passim.*

Vásárhelyi Gregorius, natione *Hungarus*, è *Transylv.* oriundus, Coadjutor Spiritualis, jam inde ab anno 1605. formatus, vir fuit propagandi Evangelii cupidissimus, ob quod ex *Asclinduensi Missione* primus è Patribus Soc. Jesu Quinque-Ecclesias concessit, sub Turcarum dominatu sitam urbem. Ibi exactis aliquot annis, rogatu *Gabrielis Bethlen* Transylv. Principis, qui tunc apud Turcas agebat, *Claudiopolim* ivit, ubi & mortuus est. Edidit *hungarice translatum à se Catechismum Petri Canisii, cum Scripta. precationibus quibusdam adjunctis, Vienna, A. 1604. Eum mox ibidem recudit, additis copiosius Controversiis nostri temporis, cum certis quibusdam Meditationibus Evangeliorum Dominicalium.* Item, *Thoma à Kempis IV. Libros de Imitatione Christi, in hungaricum idioma quam nitidissime à se versum.* Vide *Nathan. Sotvelli* Biblioth. Script. Soc. Jesu.

Veberus Johannes, vitam hanc exorsus est *Eperiesini in Hungaria*, ob Artis pharmaceuticæ perinde exquisitam, ac singularis prudentiæ politicæ, ex frequentiore munerum publicorum administratione acquisitæ, multiplicia exhibita specimina vir quam commendatissimus, varia in turbis hungaricis calamitatum afflictionumque genera perpeffus, & aliquandiu *Viennæ & Eperiesini* in arresto detentus, tandem fatale gladii supplicium propter læsæ Majestatis crimen subiit A. 1686. Prostat liber ab ipso luci publicæ expositus, hoc cum titulo :

Lectio Principum: hoc est: Politica Manuductio, quo pacto Scripta. juveni Gubernatori Christiano, vera juxta pietatis ac virtuosa vita, laudabilisqve Regiminis Ratio premonstrari commode queat, conscripta per Johannem Veberum, S. Caf. Regiæque Majest. per Hungariam Superiorem Pharmacopæum & Medicum Ordinarium,

rium, h. t. Regia Liberaque Civitatis Eperiesiensis Judicem, & Gymnasii Evangelicorum Scholarcham. Leutschovia typis heredum Sam. Breveri 1665. in fol. major. per columnas germanico-latinas sibi è diametro oppositas in singulis paginis. Post triennale ferè temporis spatium, idem ille librum prelo subjectum germanicum emisit, hoc sub frontispitio: Wappen der Kdnigl. Freyen Stadt Eperies in Ober-Ungarn / beynt Richterlichen Abhandlen ausgeleget durch J. W. 2c. ibidem 1668. in 8.

Vécsei Stephanus, *Hungarus*, *Samuelis Boschardi Hierozoicum in compendium contraxit, quod typis impressum est Fra-neckera. 1690. in 4.* Hic ipse nunc ex generosissima illa *Vécsei*orum Hungariæ prosapia, sedem in Comitatu Neogradensi habente & ad dignitatem L. Baronum Hungariæ ob egregia merita & facinora heroica à Divo Leopoldo Augusto, ante 20. circiter annos evecta propter convenientiam nominis originem ducat suam, non quidem certò affirmare ausim, haud vanæ tamen adeo conjecturæ ansam præbere putaverim.

Verantzius sive *Vrantzius* Antonius, *Dalmata*, Episcopus Agriensis in Hungaria, in publicis Regni Hung. negotiis atque causis civilibus exercitatissimus, qui ante Busbekium quidem CPin missus, sed cum eo demum, Legationis Comes & Collega, *Amasiam* profectus, Monumenti cujusdam *Ancyra* deprehenso exemplar redux asportavit, quod A. 1576. ab ejusdem nepote *Fausto Verantio*, Carolus Clusius, Rom. Imp. Archiater accepit, & non Lipsio solum, sed & Jano Grutero communicavit, testibus Clusii ad Gruterum, & Lipsii ad Clusium Epistolis. *Conf. Lipsii Centur. II. Epist. 24. Tom. II. Opp.*

Cæterum de *Historia Marmoris Ancyranæ*, *Indicem Rerum gestarum Augusti Imperatoris complexi*, Dissertationem elegantem habuit typis quæ vulgavit publicis Jenæ, A. 1703. *M. Joh. Guiliem.*

Bas-

Baierus, tunc Facult. Philos. ibidem Adjunctus, nunc verò & *Theol. D. & prof. Publ.* in Academia hac Noric. Aldorfina religiosissimus, atque celeberrimus, Fautor ac Patronus omni honoris cultu mihi suspiciendus.

Verböczi Stephanus, equestris ordinis Majoribus in Hungaria natus, Dominus in Dobroniva J. U. D. claruit regnante Vladislao II. Rege. Hung. spartam ornans splendidam, *Magistri* puta, seu *Protonotarii Judicii Curie Regie*. Alias verò quod *Hermogenes* & *Gregorius* in colligendis Legibus & Constitutionibus Imperatorum Rom. tempore tertiæ Periodi Reipublicæ Romanæ egerunt, qui easdem in certos Codices privata auctoritate digesserunt, Theodosius verò Imper. publica auctoritate tandem promulgavit, sub titulo *Codex Constitutionum Imperialium Theodosianus*: Quod etiam *Gratianus*, Monachus Bononiensis, colligende Dicta S. Patrum & Canones Conciliorum, admixtis passim legibus Civilibus, & in certum ordinem redigendo atque disponendo, præstitit, ex quibus *Prima* illa pars Corporis Juris Canonici, *Decretum* dictum, constat: Quod denique Raymundus de *Pennaforti* auctoritate Gregorii IX. Papæ circa A. C. 1230. compilando Libros Decretalium, quibus in *Corpore Juris Canonici* utimur, effecit; simile quid præstitisse dici potest *Stephanum* istum *Verböczium* Jctum acutissimum, circa *Jus Consuetudinarium Hungariæ*: Decreta, Constitutiones & Articulos seu Leges DD. Regum Hung. in unum Corpus combinando atque compilando, cui titulus inscriptus est: *Corpus Juris Hungarici Tripartitum*, quod ipsum Ladislaus II. Rex Hung. in conventu Ordinum & Statuum Budæ A. 1513. celebrato, confirmavit, & Regio nomine publicavit, partim spontè (ceu ipse Rex ait in approbatione Constitutionum, quæ in Conclusionem Regis, post Operis Epilogum *Juri Tripartito adjuncta*, occurrit) partim precibus & supplicatione fidelium nostrorum Dominorum Prælatorum & Baronum, ceterorumque Procerum, & Nobilium edidimus, salutis ac quieti,
liber-

libertatique ipsius Regni nostri, hoc pacto accuratissime consuleres. Impressum est hoc Opus loco & tempore diverso, Buda ultimato A. 1581. Tandem Vienna, A. 1628, & denuò Tyrnavia A. 1696. sumptibus Collegii PP. Soc. Jesu in fol. Cui editioni plures insertæ sunt recentiores Articuli & Constitutiones Regni. Ut autem eò melior Operis hujus haberi notitia, uberiorque inde hauriri posset fructus, Francisc. Comes de Nádasd Libellum in forma sua Pottendorffii, A. 1666. typis impressum, tali cum titulo curavit publicari: *Cynosura Furistarum*, loca decretalia & articulos novissimarum constitutionum regni Hungariæ usque ad annum 1659. inclusive sub titulis ordine alphabetico collectis breviter præsentans.

Censura. Istvánfius Hist. sua Hungarica fol. 176. Stephanus Verböczy, Vir literatus & apprimè Juris peritus, sed contentiosus, affectibus nimium indulgens, & plurimorum inde emergentium malorum scaturigo, imò ferè malorum Hungariæ excitator.

Cæterum fata is circa finem vitæ suæ perpeffus est admodum acerba tristiaque, quæ prolixius legi merentur *Ibid. apud Eund. & apud Petr. de Réva in Centur. de Monarchia & S. Corona Regni Hungariæ.*

Vergerius Petrus Paulus, *Justinopolitanus Dalmata.* Duo fuerunt cognomines. Prior Emanuelis Chrysoloræ Byzantini Philosophi, Venetiis Græcas literas docentis quondam auditor, claruit in Concilio Constantiensi A. C. 1430. teste *Trithemio de Scriptor. Eccles.* Philosophus, Jctus, & Orator sui ævi celeberrimus, magna in gratia vixit Patavii apud Principes *Carrarienses*, ut de eo Volateranus testatur, cui & Jctorum suo tempore eloquentissimus, & eloquentium Jurisconsultissimus vocatur. *Historiam condidit Principum Carrariensium, Lib. I.* Item aliam *Principum Mantuanorum.* Scripsit etiam *Invektivam adversus Malatestam, quod Virgilii statuem in foro Mantuano positam de-*
ici

ici jufferat. De Laudibus D. Hieronymi, Lib. 1. qui extat cum Tomo II. operum Hieronymi. Item Librum de ingenuis moribus ac liberalibus studiis ad Ubertinum Carrariensem, impress. Basilea A. 1541. Cum L. Vitruvii Roscii de docendi studendique modo, & claris puerorum moribus libello. Adhuc Arriani Libros de gestis Alexandri latinos fecit. Vid. Jos. Simleri Epit. Biblioth. Gesn. Elogia hujus Viri pete ex Pauli Jovii Elogiis Viror. literis illustr. f. 198. & Gerhar. Joh. Vossii Tract. de Histor. Lat. p. 553.

Posterior, Vir fuit non solum in Theologia Rom. Catholicorum, sed & in Jurisprudentia eruditissimus, Episcopus primum Modrusiensis, deinde Iustinopolitanus. A. C. 1530. Legatus in Germaniam ad Comitia Augustana à Pontifice Clemente VII. cum plena potestate missus est, in quibus, quâ ratione potuit, Lutheranis nocere conatus est, primipilares verò Pontificios, Fabrum, Eccium; Nauseam, ut strenuè rem agerent, muneribus ornavit. Longo tempore utilis ejus opera fuit Pontifici Rom. Verum ab hoc tandem defecit mirabili occasione: dum enim confutandi causa Libros Lutheranorum diligenter perlustrasset, victum ipse se sentiens ad fratrem Joh. Baptistam Vergerium, Polæ Civitatis Episcopum, profectus, rem ipsi totam exposuit, inque sententiam suam pertraxit, mutuoque ita sibi congratulantes, populum per Istriam in doctrina Evangelicò-Lutherana erudierunt. Denique exul Tubingam à Serenissimo Principe Württembergia Christophoro accersitus venit, ibique fatis concessit die 4. Octobr. 1565. Funebrem concionem ei habente D. Jacobo Andrea, ex primo prioris ad Timotheum capite. Plura de hoc legi possunt in Elogiis præstant. Theolog. Jacobi Verheiden: Item apud Micralium p. 417. Thuanum Lib. 5. apud Sleidanum, & Crusium in Annal. Suevicis, ex quibus Melchior Adami prolixam hujus Vergerii vitam contexuit, eandemque Operi suo de Vitis Theol. Exterorum inseruit fol. 59. & seqq. unde depromptam Paul. Freherus Theatro suo Vir. erud. claror. fol. 206. compendiosè intulit. Scripta verò quæ typis publicavit Junior iste Vergerius, Josias Simlerus in Epitome Bibliotheca Gesneri fol. 563. hoc recenset ordine:

Scripta. In Germania P. P. Vergerius Legati Pontificis Rom. munere fungens, scripsit de Republica Veneta Lib. I. De Pace Ecclesiae Orationem in colloquio Vormatiensi habitam. Praelectionem & Apologiam ad Gymnasium Patavinum. Mox relicto Episcopatu, Papâ & Italiâ, in Rhetiam, atque ad Helvetios se contulit, ubi biennio hæc scripsit, partim latinè, partim italicè, & curavit imprimenda partim Basileæ, partim Puschlavi in Rhetia, nempe: De Persecutione facta contra Evangelium in urbe Justinopolitana. Contra Catalogum Johannis della Casa, Sodomie patronum. Duos Catechismos, pro usu Ecclesiae Vicosoprani. Octo Defensiones. Duodecim Tractatus. De Matrimonio ministrorum Ecclesiae. De Anno Jubilei. Contra Librum cui titulus: Florentiæ S. Francisci. Contra Librum cui titulus: Rosarium. Contra Libr. cui tit. Miracula Virginis. De Coronatione Julii Papa III. Quid sit sperandum à Concilio Tridentino, ad Regem Angliæ. Quid sperandum à Papatu Julii IV. ad eundem. De Statu Ecclesiae Genuensis. De Baptismo. De Missa. Vertit ex latina in italicam linguam: Apologiam D. Jacobi de Falsis, & Tract. Bullingeri de Justificatione: aliumque Tractatum ejusdem. De Concilio Tridentino. Ad Ducem & Rempubl. Venetam de Fratre Thoma Stella, seu Thedescchino adultero. Ad Papam Julium III. qui librum Mutii approbavit. Historiam Francisci Spiera, latinè atque italicè, cum Apologia. Catechismum pro usu Vallis Telinae. De Septimana Sancta. Contra Naucaeum qui Tridentinum Concilium libro edito laudarat. De libro cui Tit. Lux fidei. De Statuis & Imaginibus. Ad Hieronymum Francum, Legatum Julii III. Papa. Ad quendam Cardinalem, qui erat per Rhetiam iter facturus. De literis Othonis Cardinalis Augustani, scriptis de Creatione Julii III. Responso ad Christophorum Madrutium Cardinalem Tridentinum. De Facultatibus ac mandatis Pauli Odescalchi, Comensis, Nuncii Apostolici. Editum nomine ejusdem. De Concilio Tridentino Dialogi sex. Quatuor literæ sub nomine Bonini de Boninis de

*de Statu Romana Curia. De Epistolis italicè scriptis à Claudio
 Ptolomæo. Edictum contra Lutheranos. Ad Liberatores
 civitatis Placentia. Quot modis Vir pius qui in Italia degat
 sape Deum & Christum negare compellitur. Epitome libricui
 tit. Anatomia Missæ ab Antonio de Adamo. Contra Leandrum
 Alberii Monachum Dominicanum ejusque mendacia, quæ ille scri-
 psit in libro cui tit. Descriptio Italia. De nugis & fabulis Pa-
 pæ Gregorii I. Librum I. De triginta Missis nuncupatis S. Gre-
 gorii. Duodecim Conciones de Antichristo. Adversus ali-
 quot Epistolas editas à Dionysio Nastagio. Atque hæc omnia ita-
 licè scripta sunt. Latine verò & Italicè hæc sunt ab eo conscripta:
 Consilium trium Episcoporum Bononiæ congregatorum. Contra
 Catalogum Arcimbaldi Archiepiscopi Mediolanensis. Epistola ad
 Cardinalem Tridentinum, quæ petit Salvum Conductum, ut tunc
 possit eo accedere. Contra Durantem de Palazolo Cardinalem,
 sub nomine Athanasii. De veris Indulgentiis D. N. Jesu Chri-
 sti. Decem Conciones de Antichristo. Retractatio ad Iusti-
 nopolim patriam. Actiones duorum dierum sub nomine Secre-
 tarii Pontificii, quod Pontifex instaurare Concilium non debeat,
 nec exequi illud possit. Contra Decreta Concilii Tridentini.
 Oratio de Diminutione Papatus. Commentaria in Acta Apo-
 stolorum. De Idolo Lauretano. Latine autem hæc ab eo edita
 sunt: Ad Eberhardum primogenitum Illustrissimi Principis Vitten-
 bergensis Institutio Christiana. Concilium Tridentinum omni-
 bus piis fugiendum esse. Concilium non modo Tridentinum, sed
 omne Papisticum perpetuo fugiendum esse omnibus piis. Scho-
 lia in Orationem Cardinalis Poli ad Cæsarem, quæ illum ad arma
 contra eos, qui Evangelio nomen dederunt, instigat. Sub no-
 mine Athanasii, Nova editio fasciculi rerum expediendarum & fu-
 giendarum. Nova editio libri Ceremon. Rom. Ecclesiæ, cum
 Prefatione & Scholiis. Transtulit etiam in Italicam linguam: Con-
 fessionem Illustrissimi Principis Vitembergensis Concilio Tridentino
 exhibitam. Syntagmata, item quæ in Concilio Tridentino no-*

mine ejusdem Principis edita sunt. Catechismus Anglicum. Catechismus Johan. Bremii. Libellum Philippi Melanchthonis de Autoritate Ecclesie. Matthie Flacii libellum de Notis Ecclesiarum. Edidit etiam 16. Epistolas Petrarcha contra Papatum, italicè. Quatuor Libros Poli Cardinalis cum antidotis.

Vidmanstadius Joh. Albertus, Hungarus, Jctus & Philologus circa annum 1560. clarus. Primus Syriacam linguam in Germania propagavit & Novum Testamentum Syriacis characteribus impressum, Ferdinando Imperatori dedicavit, præmissâ Præfatione nervosâ & proluxa. Vid. G. M. König. in *Biblioth. Vet. & Nova* f. 868.

Adrian. Regenvolscius in System. Historico-Chronol. Ecclesiar. Slavonicarum: J. A. Vidmanstadius Hungarus, vir antiquæ fidei & cordatissimus Baro, Novum Testamentum linguâ & characteribus Syriacis (excepta secunda S. Petri, 2. & III. S. Johannis. & Apocalyps.) edidit Viennæ, A. 1555. in 4. Huic Operi Supplementum dederunt Lud. de Dieu, Eduardus Pocockius, Oxoniensis, & Usserius Armachanus de Muliere adulterâ, Joan. 8. Edidit præterea etiam Notationes falsarum Opinionum Mahumedis & de ejus Vita A. 1543. in 4. Itemque Notas ad Mahumedis Theologiam. Noribergæ, A. 1583. De quibus conf. G. Crovæi Elenchum Scriptorum. in S. Scripturam p. 29.

Vitéz, sive Vitesius Ladislaus, Hungarus, typis mandavit Orationem ad Sixtum III. Pontif. Rom. nomine Matthie Hung. & Bohemia Regis à se habitam Romæ. Vid. Simleri Epitom. Biblioth. Conr. Gesneri. f. 443.

Z.

Zabanius Isaacus, Hungarus, AA. LL. atque Philos. Magister, in celeberrimo Eperiesinensi Statuum Hung. Evangelicorum

corum Gymnasio Academico circa A. 1670. Professionem Philosophiæ & Theolog. Polomicæ summa cum laude atque emolumento Juventutis sustinuit, post cujus eversionem à Rom. Catholicis factam, exul venit *Cibinium in Transylvaniam*, ubi spartam nactus est primùm in Gymnasio illius urbis Academico Rectoris & Professoris Publ. cui cum paucos annos laudabiliter præfuisset, intuitu tandem singularis illius pietatis, parrhesiæ atque exquisitæ eruditionis theologicæ, summum eidem *Antistitis Ecclesiæ* necnon *Collegii Academici munus Inspectoris* concreditum est, in quo etiam beatè vitam finivit A. 1699. Quantum autem ad singulares Ingenii ejus excellentioris dotes attinet, vir sanè is fuit non tantum admirabili facundiâ præditus, sed in palæstra etiam disputatoria exercitatus: Præter enim Rev. PP. Soc. Jesu Cassovienses, cum quibus quam sæpissimè disputandi causa publicè congresses est, semper victor, Antagonistam quoque habuit *Eliam Ladiverum* Gymnasii ejusdem Eperiesinensis *Professorem Logicæ atque Physicæ Publ.* in doctrina *Atomorum*, quam *Zabanius* contra dissentientem *Ladiverum* defendit, *Vitteberga* tandem de eadem edita *Apologia*. Præter hæc & plura alia ejusdem *Scripta*, quorum haut exiguum sanè numerum in Hung. & Transylvania edidisse perhibetur, non ignoro *Disputationes* etiam eum in totam *Metaphysicam Eperiesini in Gymnasii Cathedra ventilatas typis edidisse*: denique *Disertatio* quoque ejus extat, de *Questione*: *An Lædimagister vel Professor præcipuè externa vi exauctoratus salvâ conscientiam mercaturam facere possit?*

Scripta.

Judicia de hoc *Zabano*, tum extera tum domestica, pleraque certè optima quin suppetant, licet haut fuerit dubitandum, mihi tamen non nisi hoc unicum nunc succurrit, quod *Andreas Pinxnerus in Dedicat. Apodemia ex Transylvania per Pannoniam, Austriam &c. A. 1694. suscepta protulit*, tali verborum nexu: Hoc voluerunt tua merita, Amplissime Præsul, Dn. M. Zabani: norunt namque singuli quanta sint tua opera, deprædicant cuncti tua facta, extollunt omnes tua merita, quæ pro Ecclesiæ salute,

Judicium.

D d d ;

veluti

veluti alter Achilles, fuscipis, quorum si vel minimam partem ego, Augusto tempore constrictus, enarrare tentarem, magna certe & major mea voce dicendi exsurgeret materies, rerum undique amplissimarum circumfunderer copia. Malo itaque de tuis meritis, Venerande Theologe, tacere, quam, cum eadem nec ipsa emetiri queat facundia, pauca dicere.

Cæterum neque *Johannes Zabanius* penitus heic silentio prætereundus erit, virtutum istius *Isaaci* paternarum ex asse hæres, quippe qui tam felicitis fuerat ingenii ac memoriæ, ut puer nondum sextum egressus annum, omnium cum admiratione, latinâ Oratione salutarit *Comitem à Rotthal, Commissarium Cæsareum*. Adolescens *Tubinga* bonis artibus incubuit, ubi honore quoque Magistri Philosophiæ ex merito condecoratus est. Tandem redux in *Transylvaniam*, Protonotarius Provincialis Transylvaniæ creatus; dein Senator Reipubl, Cibiniensis, quo ipso charactere in negotiis publicis Patriæ ad Augustiss. Imperatorem & Regem Hung. *Leopoldum* gloriosissimæ memoriæ aliquoties ablegatus, aureo torqve atqve nobilitate ab eodem donatus est, intuitu egregiorum ipsius in literis profectuum, aliarumque eos comitantium virtutum; quin munere quoque ornatus est *Judicis Regii* (vulgo *Königs-Richter*) Nationis Saxonicæ, quam provinciam apud hanc gentem splendidissimam aliquot annis prudenter feliciterque administravit, donec tandem paucis abhinc annis, de conspiratione cum seditiosis quibusdam suspectus, iste *Hallß Sachs* / ceu Augustissimus Imperator cum vocitabat, capite truncatus est.

Zermegy Johannes illustri loco in *Hungaria* cretus, contexuit librum, cum titulo: *Historia rerum gestarum inter Scriptum Ferdinandum & Johannem Reges Hungaria. Amsterodami, A. 1662. in 12.*

Zim-

Zimmermannus Matthias, hanc in mortalium lucem editus est *Eperiesini*, urbe liberâ Regiâque *Superioris Hungaria*, A. 1625. Ex Patriæ solo dulcissimo propter fidei Evangelicæ professionem in exilium pulsus, Saxoniam adiit, ubi primùm Coldicii, 311 Colditz, Pastor Ecclesiæ, postea Misenæ Superintendentis munere functus, ibidem A. 689. ex hac vita emigravit. Varias industriæ suæ lucubrationes quâ in Theologicis, quâ aliis in Scientiis & Artibus elegantioribus imprimi curavit, nempe: *Aménitates Historia Ecclesiastica. Commentariolum de Presbyteriis Scripta. veteris Ecclesiæ. Historiam Eutichianam. Analecta Miscella Menstrua, eruditionis sacra & prophana, theologica, liturgica, historica, philologica, moralis, symbolica, ritualis, curiosa, ex optimis & varioribus Autoribus collecta & reddita. Accedunt variæ figura, & indices necessarii. Misena. 1674. in 4. Dissertationem ad Tertulliani dictum: Fiunt, non nascuntur Christiani. Florilegium Philologico-Historicum, aliquot myriadum Titulorum, cum optimis Autoribus, qui de quavis materia scripserunt, quarum præcipuè curiosè & ex professo tractantur, adhibita Re Nummaria & Gemmaria. Præmittitur Diatriba de Eruditione eleganti comparanda, cum figuris. Misena, 1687. 4.*

Inter *Elogia* hujus Viri meritò retuleris quatuor illa disticha, quæ *Frider. Rappolt*, SS. Theol. D. & P. P. in Academia Lipsienſi Effigiei ipsius æri incisæ subjecit.

*Æs loquitur formam blandâ gravitate verendam,
Ingeniū & signat vividioris opes.
Zimmermannum ipsum non Æs, non ulla loquetur
Lingua satis, celebri Pannonis urbe satum;
Tentantem hoc frustra Vatem objurgavit Apollo,
Reprime & à vastis carbasæ dixit aquis:
Theiologum loqueris, clarum Polyhistora Scriptis?
Sola hæc ex merito fama loquetur anus.*


Elogia.

de Zred-

de *Zredna* Johannes, *Nobilis Hungarus*, Protonotarius
Scriptum Cancellariæ Regis Hungariæ, conscripsit *Epistolas Historicas de*
Rebus gestis inter Imperatorem Fridericum V. & Regnum Hunga-
ria ab A. C. 1445. usque ad annum 1451. quas recollegit in unum
volumen membranaceum & Annotationibus marginalibus illustra-
vit Paulus de Ivancis, Dioeceseos Zagrabiensis Presbyter, & Re-
ctor Altaris S. Pauli Apostoli in Ecclesia Radinensi, cum præfixa
Epistolâ Dedicatoriâ ad Paulum, Archidiaconum Varadinensem,
datâ Varadini, die, 12. Januarii A. 1451. Ipsum hoc Volumen
avtographum asservatur in Bibliotheca Vindobonensi Cæsarea,
estque ibi inter Codices MStos Historicos Latinos n. 243. perhi-
bente Petro Lambecio in Catálogo Libror. Biblioth. Cæsar. quos ab
A. 1647. usque ad 1673. congeffit, & in lucem eodem anno edidit,
Vindobona, in 4. pag. 59.

Zvonarits Michael, *Hungarus*, Verbi Divini Minister,
 primùm apud *Sárvárienses*, deinde Concionator Aulicus atque
 Confessionarius Illustriss. Comitis *Pauli Nádasdi*, August. Con-
Scriptum fessionis addicti, prælo submisit *Postillam Hungaricè à se compo-*
sitam, Csöprögin 1627. in 4. Quæ ipsius editioni hujus libri im-
pensa opera tantò majorem videtur laudem promereri, quantò
pauciores hungaricâ lingvâ conscriptos ejusmodi libros homileti-
cos licet invenire.

Atque ita sunt doctæ mihi cognita Nomina dicta
Hungariæ, dicant Nomina plura alii.



BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM
QVI EXTANT
DE
REBVS HUNGARICIS.



PRÆLOQVIVM.



Vtilissimum esse studium, quod *Patriæ Historiæ Scriptoribus* recensendis impenditur, neminem prudentem facile credo inficias iturum. Comprobant id complures ex omni ferè gente ac natione Autores, qui hoc in Argumento laudabiliter sunt versati. Quodsi enim eos tantum consideremus, qui *Historicas Bibliothecas* certæ cujusdam gentis Scriptorum contexuerunt, maximus eorum numerus oculis nostris sese objiciet. In eo enim comparebunt quoad *Historicos Græcos* *Gerh. Job. Vossius*, & *Bernhard. à Mallinkroth*; quoad *Romanos Latinosque* idem *Vossius*, *Christoph. Sandius*, *Joh. Hallervord*, *Mart. Zeilerns* & *Mart. Hankins*, qui & *Byzantinæ Historiæ Scriptores* recensuit, quoad *Germanos* *Dn. Michael Hertius J. II. D.* & *Antecessor Universitatis Gießensis celeberrimus*; quoad *Gallos* *Andreas du Chesne*, & novissimè *Dn. Job. Albertus Fabricius*, *SS. Theol. D.* & *Prof. Publ. in Gymnasio Hamburgenji famigeratissimus*, quoad *Anglos* & *Scotos* *Gvil. Nicolson*, quoad *Polonos* *Christoph. Hartknoch*, & recentissime *Dn. Gabriel Grodek*, *Gymnasii Gedanensis PP. atque Bibliothecarius*. Plurium aliarum Gentium *Historiæ Scriptores* ut jam heic prætermittam. Tot igitur tantorumque Virorum vestigiis insistens, mihi quoque collibitum est, post recensitos hætenus serie alphabeticâ *Literatos Hungariæ Viros*, *Catalogum seu Bibliothecam* eorum Scriptorum iisdem attexere, qui quacunque ex gente de *Rebus Hungariæ* quocunque sermonis genere quidpiam in literas miserunt, eum præcipue in finem, ut *Juventus Hungarica fontes & adminicula nancisceretur*, non minore studio *Patriæ suæ*, quam peregrinæ *historiæ operam suam collocare*. Quod nostrum Institutum ut viâ magis trita expediat, ordine alphabethico retento, dividere hanc ipsam *Bibliothecam* visum fuit in III. distinctas *Classes*, quarum:

I. Con-



I.

Continet Scriptores, Hungaros, Germanos, Gallos, atque Italos, qui *speciatim, seu ex professo & datâ operâ* de rebus in Hungaria ac incorporatis eidem Provinciis, veluti *Dalmatia, Croatia, Slavonia atque Transylvania* aliquid memoriæ prodiderunt; nimirum §. I. Scriptores, qui de *Origine harum gentium scripsere.* §. II. Scriptores *Chorographicos & Topographicos.* §. III. Scriptores *ad Historiam Hungarorum eorumque Bella facientes.* §. V. Scriptores *ad Politiam, Jusque Publicum ac Privatum pertinentes.* §. VI. Scriptores *ad Statum & Historiam Ecclesiasticam conducentes.* §. VII. Scriptores *de Nobilitate Hungarorum, Magnatium item & Illustrium Personarum Factis & Genealogiis agentes.* §. VIII. *Miscellanea variis de rebus, naturalibus puta Hungaria, mineralibus, antiquitatibus, inscriptionibus & id genus aliis collecta.* §. IX. *Alia tum antiquiora tum recentiora.*

II.

Exhibet Scriptores quosdam, qui præter res à suis Gentibus gestas, eas etiam quæ in Pannonia veteri æquè ac moderna acciderunt, non *ex professo* quidem, *sparsum* tamen & *incidenter* solùm Operibus suis immiscuerunt; hiqve sunt partim *Græci & Latini*, partim *Germani, Galli atque Itali.*

III.

Enumerat Scriptores aliquos, qui de Populis Hungariæ finitimis, veluti *Austria, Bohemia, Polonia, Reipublica Veneta & Imperii Turcici*, quidpiam retulere, cum quibus nempe vel *Bella* vel *Fœdera*, vel alia quæque Hungaris intercessere, utpote quorum *Commentarii* clariorem Rebus Hungaricis affundere queunt lucem, & absque studio partium easdem illustrare.

SSS (4) SSS

CLASSIS I.

SCRIPTORVM, QVI HVNGARIÆ ET EI INCORPORATARVM
PROVINCIA RV M HISTORIAM; SPECIATIM SEV EX
PROFESSO DATAQVE OPERA EXPOSVERVNT.

§. I.

De Antiquitate & Origine Hungarorum.

Ambrosii Johannis *Dissertatio Philologica de Origine gentis Hungaricæ, habita Jena A. 1659. in 4. Conf. Specimen Hung. Literatæ p. 16.*

Cantaclari Caroli Excerpta ex Historiis de Hunnis & Gothis Parisiis, 1690.

Csipkés Georgii Hungaria illustrata: Sive Explicationes lingvæ Hungaricæ. Ultrajecti 1654. in 8. Conf. S. H. L. p. 111.

Foris Francisci Ottrokocsi Origines Hungaricæ: Seu Liber, quo vera Nationis Hungaricæ Origo & Antiquitas è veterum monumentis & lingvis precipuis panduntur. Franckera, 1693. 8. Cui adjungi meretur, Joh. Georgii Eccardi Dissertatio inauguralis de Ufu & Præstantia Studii Etymologici, in studio Historico, habita Helmstadii 1706. in 4. Conf. Sp. H. Lit. p. 149. & seqq.

Frankii Valentini à Frankenstein Origines Nationum & præcipuè Saxonica in Transylvania, cum nonnullis aliis Observationibus ad ejusdem Jura spectantibus, è ruderebus privilegiorum & historiæ defumtis. Helmstadii A. 1697. in 4. secundum exemplar Cibinii A. 1696. in forma 12. impressum. Conf. Sp. H. Lit. p. 158.

Kelpii Martini Hóldvilagiensis Saxo-Transyl. Natales Saxonum Transylvania. In forma Disput. publicæ editæ sunt Lipsiæ, 1684. in 4. Respondente Joach. Christiano Westphal. 4. phyliris.

Platani Pauli Disputatio Hist. de Gentis Hungaricæ primis incunabilis, habita Vittebergæ, 1676. in 4. Respond. Joh. Majero. Rothii

§§§§ (5) §§§§

Rothii Rudolphi (Gymnasii Ulmenfis h. t. Rectoris celeberrimi) *Attila Hunnorum Rex, quem ex Historicis accuratè delineatum gentisque Hungaricæ simul Originem pereruditè erutam, in speciali Dissert. Fena publicavit A. 1671. cujus in frontispicio duo numismata antiquissima conspiciuntur Attilæ effigiem representantia.*

Toppeltini Laurentii *Origines & Occasus Transylvanorum: Seu Eruta Nationes Transylvania, earumque ultimi temporis Revolutiones, historica narratione breviter comprehensa. Lugduni 1667. 12. Conf. Spec. Hung. Liter. p. 386.*

Anonymi *La Guerra d' Attila, flagello di Dio, tratta d' all' Archivio de Principi d' Este, in Venetia 1569. 8.*

Enimverò multò plures licet extent Auctores qui de *Origine Gentis Hungaricæ* commentati sunt, & plerumque etiam primordia in Historiis Hungariæ proponendis inde soleant desumi, veluti *Bonfinius, Túrocius, Petrus de Réva, Schödelius* & alii; tamen supervacaneum esse arbitror longa serie illos omnes heic adducere, quippe quod §. 3. mentio eorum prolixior injiciatur.

§. II.

De Scriptoribus Chorographicis & Topographicis Hungariæ.

A**Nonymi** *Descriptio Regni Hungaria Geographica, latine & germanicè. Colonia 1596. fol.*

Victorii *Petri Liber de laudibus Johanna Austriacae, nata Regina Hungariae & Bohemiae. Florentiis, 1659. 4.*

Anonymi *Der Herzoge und Könige in Ungarn Leben / Regierung und Absterben / von dem Ersten Herzog Keve*

an / bis auf Leopoldum I. aus den berühmtesten Ungarischen Geschichte-Schreibern hervor gesucht und zusammengetragen auch mit ihren wahrhaften Bildnissen aus Licht gegeben. Nürnberg A. 1683. 12.

- - Der neu aufgegangene Glücks- und Majestäts-Stern des Königreichs Ungarn. Oder Erönnungs-Solemnitäten Josephi zum König in Ungarn. Nürnberg 1688. 4.
- - Leopold des Grossen Römischen Kaisers Wunderwürdiges Leben und Thaten / aus geheimen Nachrichten eröffnet. Leipzig verlegt Thomas Fritsch. 1709. in 8. Editio secunda priori multò est locupletior. *Haut levi in pretio est apud plerosque politioris ingenii viros hic ipse liber, cujus quippe Autor clarissimus maximam illius historia partem secretioribus quibusdam Aula Casarea Ministrorum acceptis relationibus, aliisque ab iisdem suggestis adminiculis adjutus, concinnè ac eleganter adornavit.*

Jessenii Johannis von Jessen Beschreibung der Erönnung Ihro Kaiserl. und Königlichen Majestät in Ungarn Mat-thia II. so gehalten worden zu Preßburg im Jahr 1608. Straßburg A. 1610. 4.

Menkenii Johannis Burchardi Leben und Thaten Leopoldi des Ersten Römischen Kaisers. Leipzig 1707. 8.

Historia della Vita di Ferdinando III. Imperatore, descritta dal Comte Galeazzo Gvaldo Priorato. In Vienna d' Austria 1672. in fol. cum multis figuris.

Historia di Leopoldo Casare, continente le cose piu memorabili successe in Europa dal 1656. sino al 1670. descritta dal Com. Galeazzo Gvaldo Priorato. In Vienna d' Austria 1670. fol. II. Tom.

Coronatione del Re del Hungaria Giuseppe, Archiduca d' Austria, celebrata in Posonia l' Anno 1687. li 9. Decembre. Descritta, e dedicata alla sacra Reale Maesta sua, dal Cavaliere G. B. Comazzi. In Vienna d' Austria, appresso Gio van Ghelen 1688. 8.

Admi-

Admirabiles Efectos de la providencia succedidos en la Vida, E Imperio de Leopoldo primerio invictissimo Emperador de Romanos Reduzelos a Annales Historicos la veridad. D. M. G. P. En Milano 1696. fol. Tribus hic Liber constat Tomis hispanico sermone conscriptis, Historiam Rerum sub Leopoldo Imperatore gestarum, ab A. 1657. ad A. usque 1687. complectentes.

§. V.

De Scriptoribus Statum Politicum, Aetia publica atque Jura Hungariae exponentibus.

ANonymi *Reipublica seu Status Regni Hungarici. Amsterodami ex officina Elzeviriana, A. 1634. in 24. quo in libello prae-ter Statum Hungariae Politicum, cum electitium adhuc liberumque esset Regnum, Ecclesiasticus etiam atque Militaris describitur.*

Pontani *Georgii à Breitenberg Dialogus de Statu Hungariae. Francofurti Mœn. 1596. 4.*

Schödelii *Martini Notitia Hungaria Antiquo-moderna Berneggeriana, quam perpetuis Observationibus condecoravit, nec non indice tum marginali, tum reali illustravit & emendavit Joh. Ferdin. Behamb. Argentorati 1676. 8. Conf. Specim. Hung. Liter. p. 51. & 334.*

Anonymus *Libellus: Der Staat von Ungarn. Leipzig 1706. in 8.*

- - *Der Staat von Siebenbürgen/ Wallachen und Moldau. ibid. 1707. 8.*

- - *Abdruck der Reconciliation mit den Ungarischen Ständen/ so geschehen zu Wien in Oesterreich den 22. Junii A. 1606. aus dem Lateinischen ins Deutsche gebracht. A. 1607. in 4.*

Kovácsoczii *Volgangi Dialogus von der Regierung Siebenbürgens. Clausenburg. 1584. 8.*

N. Widmanni Bericht von der *Succession* und Erbfolge des Königlich Geschlechts und Stammes in dem Königreich Ungarn/ mit dem Erz-Herzoglichen Hause Oesterreich.

Anonymi Historie del'Estat present du Royaume d'Hongrie -- 1686. 12.

Acta publica & Constitutiones Regni Hungariæ quod attinet, eorum exhibet quædam *Job. Sambucus* in Continuatione Historiæ Hungariæ Ant. Bonfinii, suntque:

I. De reddita *Matthiæ I. Regi Hung. Corona & Fædere* inter *Fridericum III. Rom. Imperatorem & Serenissimum Regem Matthiam.*

II. *Contractus Matrimoniorum Regalium* inter *Ludovicum II. Hung. Regem, & Mariam Regis Hispaniarum filiam, nec non Ferdinandi Archi-Ducis Austria & Annam Ladislai Regis Hung. filiam, medio Maximiliani Imp. A. 1515 factus.*

III. *Concordia Hungarica* inter *Fridericum III. Maximilianum I. Rom. Imp. ex una, & Vladislauum Hung. Regem, inter inchoytumque Regnum Hung. ex altera, Posonii conclusa. A. 1491.*

IV. *Regum Hungariæ Priscorum Constitutiones seu Decreta: quæ tamen junctim etiam in Corpore Juris Hungarici Tripartito verbotenus occurrunt.*

Ceterum quæ Nicol. Istvanfius Historiæ suæ Hungariæ inseruit Acta publica, heic non adducam, cum brevi recens ejus editio plurimum adaucta in lucem proditura sit.

Egregius sine dubio fuerit Codex ille MStus Actorum publicorum Hungariæ, cujus meminit *Christianus Gryphius, in Apparatu de Scriptoribus Historiam Seculi XVI. illustrantibus, p. 509.* & in quem se casu incidisse perhibet, loco tamen & nomine, possessoris non indicatis; juvat ipsa *Gryphii* verba heic adducere. *In quo Codice ait varia representantur Acta, quibus facti tumultus, quæ Hungaria 1604. & seq. exarsit, mirifice illuminantur: candidè igitur quid ibi contineatur exhibebimus. Occurrit scilicet 1) Edictum*

Rudol-

§§§§ (37) §§§§

Rudolphi II. 3. Januarii A. 1604. in quo Quasitores sacrorum per Hungariam superiorem (unde omnis postea malorum origo) constituntur. 2) Narratio Senatus Leutschoviensis, quid cum his quasitoribus gestum fuerit. 3) Civium Leutschoviensium Libellus supplex ad quasitores. 4) Oratiuncula ante solenne iuramentum Stephani Botskai, & post illud dicenda, ut & ejusmodi postulata Hungariae superioris Ordinibus proposita, una cum Ordinum Responsio. 5) Responsum ab Ordinibus Transylvanicis ad legationem Regis Poloni Sigismundi III. 6) Rudolphi Narratio germanica de motibus Hungaricis. 7) Expositio Gentis Hungaricae ad Romani Imperii Principes, cur contra Germanos arma ceperint. 8) Blasii Lippai & Blasii Németh Epistola ad Kismarienses. 9) Alia eorundem Epistola ad Sebastianum Tökölum. 10) Erici Lassota à Stebla relatio, (sed quod dolendum imperfecta) de Cassovia Rebellibus dedita. 11.) Georgii Bassa Epistola ad Procures Hungaricos. 12) Rudolphi II. Narratio, quid anno 1603. cum Turcis & rebellibus Hungaris actum fuerit. 13) Quarela, excusationes & protestationes Regni Hungariae, praesertim partium superiorum coram DEO & toto Orbe Christiano, latino sermone. 14.) Instructio Legatorum Polonicorum ad Botskajum missorum. 15) Ducum Botskai Epistola ad Ordines Silesiae, latine. 16) Summa legationis Botskaianae ad Polonia Regem. 17) Geitzkoffleri consilium germanicum de sopiendis motibus Hungaricis. 18) Melchioris Claselii Consilium ejusdem argumenti. 19) Botskaii Epistola ad Ordines Silesiae. 20) Legatorum Botskaii narratio de Pace, quid in ejus conventu cum Legatis Caesaris actum fuerit. 21) Botskaii postulatum & Legatorum Caesaris responsio. 22) Ducum Botskaii Epistola ad Ordines Bohemicos. 23) Ordinum Hungaricorum responsiones ad propositiones Matthiae Archi-Ducis Austriae. 24) Johannis Desoffii, quem Botskaius ad Archi-Ducem miserat, libellus supplex, Archi-Duci oblati. 25) Acris in Belgiosam inductiva germanica, in qua ostenditur, ab ipso motuum hungaricorum causas derivandas. 26) Ordinum Hungariae alia Responsio ad propositiones Matthiae. 27) Botskaii Edictum, quo Hungaros ad Comitatus Cassoviae d.

6. Apr. 1606. celebranda invitat. 28) Epistola Ordinum Silesia ad Matthiam Archi-Ducem, qua significant se Legatos in Hungariam pacis componenda gratia missuros. 29) Legatorum Silesia instructio. 30) Apographum transactionis inter Archi-Duces Austria Matthiam, Maximilianum, Ferdinandum & Maximilianum Ernestum fratres & patruelis Vienna 25. Aprilis 1606. inita. 31) Epistola Ordinum Silesia ad Ordines Hungaria, qua eos monent, se Legatos in Hungariam missuros. 32) Caesaris Gallicum Purpurato Budensi colloquium arcanum de pace sancienda. 33) Botskaii litera ad Matthiam Archi-Ducem. 34) Turcicorum Legatorum epistola ad Botskai Legatos. 35) Rudolphi II. Apologia, quod pacem cum Turcis inierit. 36) Legatorum Bohemicorum, Silesiorum & Moravorum libellus supplicis ad Matthiam. 37) Articuli, qui à Botskai ante & post pacem à Turcis initam expediendi erunt. 38) Litera Caesarea ad Turcarum Imperatorem, de pace cum illo facta, data die 10. Augustæ 1681. 39) Octo Centurionum, qui Haidonibus praeerant, ad Homonaium Comitum litera 3. Novembris 1607. scripta. 40) Relatio exploratorum ad Haidones missorum. 41) Archiepiscopi Strigoniensis Epistola ad Seyfridum Breunerum. Et hæc quidem in illo Volumine MSto contineri scribit ibidem C. Gryphius.

Tabula Pacis inter inclitum Regnum Hungaria atque Imperium Turcicum, Carloviczii, A. 1699. erecta, Vienna primum deinde aliis etiam plurimis in locis sunt excusa.

His omnibus jam superaddendum erit Corpus Juris Hungarici Tripartitum, quod denuò editum est Tyrnavia A. 1690. in fol. in quo præter Constitutiones DD. Regum, Decreta, Articulos & Recessus Comitiales, Statum æque Politicum, Ecclesiasticum, atque Militarem stringentes, multa insuper continentur Privilegia & Jura ad Ordines & Status Regni Hungariæ pertinentia, ex quibus Jus tam Publicum quam Privatum Hungaria constituitur.

In hoc Corpore Juris cum insolentes quædam ac aliàs inusitata occurrant voces, phrasæque Curia Hung. familiares, eas in unum contraxit fasciculum Joh. Sambucus atque additis singularum signi-

significationibus Hist. Hung. subjecit Bonfiniana. Albertus quoque Molnár eundem Indiculum, paulò tamen locupletiozem sub fine Lexici sui Latino-Hungarici exhibuit.

Aliàs peculiari etiam in Codice Pottendorffii sunt excusi Articuli universorum Statuum ac Ordinum inclyti Regni Hungaria, ac partium ipsi annexarum, in generalibus eorundem Conventibus ab Anno 1608. ad 1659. editi, adjunctis sub initium Pacificatione Viennensi & tractatu Situatovkiensi, sive de Conditionibus pacis inter Christianos & Turcos A. 1606. sancitis. Accessit sub finem Cynosura Juristarum, loca Decretalia & Articulos novissimarum Constitutionum Regni Hung. usque ad A. 1659. inclusivè sub titulis ordine Alphabetico collectis breviter representans. Acta verò Comitialia Soproniensia de A. 1681. ibidem typis sunt impressa.

Ad istua Fus Hungaria Consuetudinarium egregium conscripsit Commentarium, Processum præcipuè ejus Judicialem exponentem Joh. Kitionits, hoc sub titulo: Directio metodica Processus Judiciarii Juris Consuetudinarii inclyti Regni Hung. impressa Leutschovix 1650. 4. In quo Commentario Kitionitsius P. I. quæst. 9. mentionem injecit Operis cujusdam antiqui secundum quod Processus Judiciarius antiquitus solebat dirigi, cujus verba ita se habent: Apparet ex antiquo Libro intitulo: Ritus explorandæ veritatis, in dirimendis controversiis, qui in Sacratio Summi Templi Varadiensis repertus, & recusus est Colosvarini A. 1559. in fol. Ex quo qui volet, diversa barbara nomina hungarica, plusquam satis cognoscere poterit, certis judiciariis exemplis, ab A. 1214. ad A. usque 1235. circa ætatem potissimum Andreæ II. Regis Hung. comprehensa &c.

Addas quod Collationis Juris Romani Hungarici τα ΠΡΩΤΑ in forma Disputationis publica sub moderamine Joh. Ottonis Taboris J. U. D. & Antecessoris Argentinenensis conjunctis laboribus ediderint, Joh. Beiglerus, Posonio-Hung. & Georg. Sam. Hasenloßius, Efferdingò Austriacus, A. 1651. Argentina in 4. Optandum certè magnopere est, ut & reliqua Furis Hungarici Partes utilissimò ali labore & conatu absolverentur. Evidem simile quid tentasse videtur

detur etiam Clariss. Dn. Franciscus Foris Ottrokocsi, in Specimine suo Introductionis in Jurisprudentiam methodicam, Tyrnaviæ 1699. in 12. edito, sed paucis admodum lineis, labore tamen hautquaquam contemnendo.

Neque laude sua privanda fuerit Disputatio Academica Joh. Andrea Lochneri, Sopronio-Hungari, (de quo plura vide p. 228. Specim. Hung. Liter.) Facies Juris Publici Hungarici inscripta, atque Præsidi Johanne Gravio F. U. D. ejusdemque Prof. Tubingensis quondam Publici, ventilata ac typis excusa Tubingæ. 1666.

Quid denique circa Metalla, eorumque fodinas in Regno Hungaria Juris obtineat, docet Continuatio Corporis Juris & Systematis Rerum metallicarum. Oder Vermehrung des Reichthums der Berg-Buchs/ mit der Berg-Ordnung der Cron Ungarn und denen Erläuterungen zweyer alten Berg-Ordnungen I. der Städte Erenmits/ Schenmits/ Neisohl/ Bukantz/ Dissen/ und Lubeten etc. Nebst einer Vorrede von der Nutzbarkeit der Bergwerke/ auch durch was Mittel solche in Stand zu bringen seynd/ sambt zwey Registern. Franckfurt. am Mayn 1703. in 4.

§. VI.

De Scriptoribus ad Historiam & Rem Ecclesiasticam pertinentibus.

ANonymi *Historia Diplomatica de Statu Religionis Evangelica in Hungaria, in III. Periodos distincta* - - A. 1710. fol. Quarum I. Periodus agit de ejus ortu ac miro sub continuis persecutionibus incremento. II. De ejus publica libertate & summo securitatis solatio, quod pacificationibus, articulis & legibus regni consecuta est. III. De Libertatis & Securitatis illius decremento & tandem de ejus aperto & duris persecutionibus tentato exterminio, adductis pro fundamento authenticis Diplomatibus & Legibus Regni, publicis decretis Rescriptis.

scriptisqve nec non Pacificationum instrumentis Historiæ ipsimet insertis , item integris Comitiorum Actis quantum ad Religionis negotium attinet , libellis supplicibus & memorialibus Regibus Hungariæ ejusqve Ministris exhibitis , Decretis desuper emanatis in Appendice suo ordine & juxta seriem temporis compilatis.

- - *Apologia & Protestatio Legatorum Protestantium in Hungaria adversus Jesuitarum Criminationes -- 1678. 4.*
- - *Antitheses falsi & veri Christi Transylvanorum. Alba-Julia. 1568. 4.*

Foris Francisci Ottrokocsi Antiqua Hungarorum Religio verè Christiana & Catholica, temporibus S. Stephani primi eorum Regis Christiani, ab ipsis suscepta. Tyrnavia. 1706. 8.

Haneri Georgii Historia Ecclesiarum Transylvanicarum, inde à primis Populorum Originibus ad hæc usque tempora, ex variis iisque antiquissimis & probatissimis Autoribus , abditissimis Archivis & fide dignissimis MStis IV. Libris delineata. Francofurti Mæn. 1694. 12.

Inchoveri Melchioris P. Soc. Jesu Annales Ecclesiastici Hungaria. Romæ. 1644. f.

Paritz Francisci Rudus redivivus. Seu Breves Rerum Ecclesiasticarum Hungaricarum juxta ac Transylvanicarum inde à Reformatione Commentarii. Cibinii, 1684. 12.

EXΘΡΩΝ ΔΩΡΑ ΑΔΩΡΑ. Seu, Xenia Romano-Catholicorum jussu pretio æstimata, & Xenii Protestantium Hungariæ pari affectu relata, autore Timotheo Philaletho A. 1701. fol. In quibus XV. Dilemmata à Rom. Catholicis proposita, totidem Antidoris ab Evangelico quodam Theologo, quæ historicè, quæ theologicè sunt refutata.

Schurtzleischii Conradi Samuelis Disputatio de Superioris Hungaria Conversionibus. Extat in ejusdem Vol. Dissp. Historica-Civilium, Berolini, 1699. in 4.

Speciatim autem quæ de Juribus Hungariæ Ecclesiasticis ad-

huc afferenda essent , ex *Corpore Juris Hungarici Tripartito* peti queunt , in qvo nempe Jura & immunitates tum Ecclesiarum tum Personarum ecclesiasticarum comprehenduntur.

Anonymi Aufrichtig-Vertrauliches Gespräch zwischen Freulieb und Freimund von dem Reformation-Werck zu Preßburg in Ungarn - - 1676. 4.

Reinmundi Rimandi Preßburger Kirchen- und Schulen-Verlust. Das ist Wahrheits gegründeter Anzeig/ wie und auf was Weise zu Preßburg einer daselbst sich befindenden Uncatholischen Gemeinde anfangs Kirchen und Schulen *Possess* disputirlich gemacht / und endlich nach mehr als halbjähriger Action mit gewehrter Hand ab- und eingenommen worden. A. 1673. in 4.

Religions- Gespräch Johannis Theodati Simpliciani und Gottlieb Christiani, nie Simpliciani, sondern beständigen Lutheraner, gehalten auf der Reise nach Emaus / Luc. 24. im Jahr Christi 1677. 4.

Reisneri *Antonii* Einfältige Ungarische Erulanten Gedanken über den 73. Psalm / insonderheit den 24. vers mit einverleibter kurzer Unschuld's-Vertheidigung. 1673. 4.

§. VII.

De Scriptoribus de Nobilitate Hungarorum , Magnatum item & illustrium Personarum Factis & Genealogiis agentibus.

ANonymi *Trophæum Nobilissima ac antiquissima Domus Estorasiensis* (intellige Comitum Hung Esterháziarum) *Vienna A. 1700. in fol.* Dividitur in Tres Partes, quarum I. exhibet pervetustam illustrissimæ Familiæ *Esterháziensis* Genealogiam , Imagines Personarum ad eandem pertinentium , cum adjecto ad quamlibet rerum ab iisdem præclare gestarum elogio. II. Continet Commentarium partis

partis prioris. III. Complectitur donationes, officiorum honorumque collationes ac privilegia à variis Hungariæ Regibus, ac postea Romanis Imperatoribus concessa, quibus ea, quæ in prioribus circa vetustatem ac Nobilitatem inclytæ hujus Domûs dicta sunt, insigniter approbantur confirmanturque.

Dum ista scriberem, forte fortuna mihi à peregrino quopiam fide digno viro Viennâ redeunte narratum est, se volumen aliquod ibidem conspexisse, latino idiomate conscriptum, typisque publicis in forma 4ta excusum, in quo Illustriores aliquot Regni Hung. Stirpes historicè eleganter sunt concinnatæ, cujus tamen libri copia mihi hactenus nondum facta est.

Oratio Apologetica pro Gabriele Bethlenio, Principe Transylvania. Posonii. 1624. 4.

Epitaphia varia in Nicolai Zerinii Comitis Hung. mortem, presidium Szigethi & Gyula, ab autoribus variis erecta, tradit Sim. Schardius Vol. IV. Script. Rer. Germ.

Jongellini Casparis de Lambertinis Catalogus Palatinorum & Judicum Curie Regni Hung. Subjectus est Petri de Réva Centuriis, de Monarchia & S. Corona Regni Hungariæ.

Rithalleri Michaelis Disput. Academica de Nobilitate Hungarorum, habita Jenæ A. 1664. in 4. Conf. S. H. Lit. p. 316.

Quam maximè autem ad argumenti hujus illustrationem facere videtur Corpus Juris Hungarici Tripartitum, in quo fontes Nobilitatis Hungariæ quasi referantur, unâ cum privilegiis, ac dignitatibus ejusdem inde scaturientibus.

Anonymi Historischer Vorber-Trantz der Christlichen Ritters-Leute / so in Ungarn / Siebenbürgen und Steiermark für die Ehre Christlichen Nahmens gefochten und darüber den Tod erlitten / oder auch ihrem Blutdürstigen Erbschneidern haben angethan. Nürnberg 1664. 12. Iconibus ad vivum æri incis.

- - Kurze Beschreibung der tapferlichen Thaten Sigismundi
f Bâthori,

Báthori, Fürstens in Siebenbürgen/ gegen die Türcken bewiesen. München/ 1596. 4.

Brachfeldi Pauli wahre und eigentliche Contrefaituren aller fürnehmen Kriegs- Helden und Obristen / so sich in jetzigen Kriegs- Wesen in Ungarn haben gebrauchen lassen / in welchen eines jeden Helden Landschaft vorgebildet wird. -- 1596. fol.

Lebens- und Liebens-Beschreibung des berühmten Ungarischen Graffens Emerich von Tököli/ aus dem Französischen ins Teutsche übersetzt von Christiana Sibylla Müllerin. A. 1708. in 8.

Anonyme Histoire & Vie d' Emeric le Comte de Tököli. à Paris 1691 à Cologne 1693. à Amsterdam 1694. 8.

§. VIII.

De Scriptoribus Miscellanea variis de rebus Hungariae naturalibus puta, mineralibus, antiquitatibus, inscriptionibus & id genus alia collecta proponentibus.

ANonymi *Carmina chronologica Historia Pannonica ad Rudolphum II. Rom. Imp. & Regem Hung. cum figuris ari incisis. Francofurti. M. 1596. 4.*

- - *Diarium obsidionis Budensis prioris A. 1684. in 4.*
- - *Diarium obsidionis Budensis posterioris A. 1687. in 8.*
- - *Diarium expeditionis Anni 1687. germanicè in 4.*
- - *Dissertatio germanica de Malleolo Ottomannico, quo non tantum Hungariam sed integrum Orbem Christianum Turcae concusserunt.*
- - *Fatalis Hungaria Status lapidi inscriptus loco statuae erecto, sub figura Crucis in Cœmeterio Orientis -- 1670. 4.*
- - *Lusus geniales, Eteodisticha Budensia h. e. Annum expugnatæ Budæ exhibentia. Ratisbonæ, typis Hofmannianis, 1686.*

Autorem habet hoc Scriptum Excellentiss. Dn. Dan. Gvil. Mollerum. Prof. Altdorffin.

- - *Ludus Conorum in Hungaria, Croatia & Styria celebratus.*
- - *Nosce Teipsum: b. e. Axiomata Procerum Regni Hung. quos si hæcenus non novisti, nosce legendo - - 1672. in 4.*
- - *Oratio Legatorum Hungaria ad Sigismundum III. Regem Polonia & Regni Status, habita Cracoviæ, ibique typis excusa.*
- - *Passio, ut titulo sane impio & profano audit, Zeriniæ - - 1670. cui jungi potest*
- - *Vera & deducta Descriptio Criminalium Processuum & secuti supplicii in tres reos Comites Franciscum de Nádasd, Petrum à Zrini, & Francisc. Christoph. Frangepani, quæ Vienna typis Matthæi Cosmorovii impressa est A. 1671. in fol. Conf. Spec. Hung. Lit. p. 276.*
- - *Rebelles Hungari. Seu Relatio Historica, de improbis consiliis, Comitum Hung. Francisci de Nádasd, Petri à Zrin, & Francisci Christoph. Frangepani, ejiciendi Rom. Imperatorem Leopoldum Augustum, & introducendi Turcam. Londini A. 1674. in 12. Anglicè*
- - *Querela Regni Hungariae A. 1670. latinè excusa - -*

Avancini Nicolai Soc. Jes. *Panegyrici funebres, in exequiis Ferdinandi III. & IV. Regum Hungariae.*

Bonneti Leonhardi *Radium & Fulmen Caesaris, Vienna propugnata, Buda capta, Venetiis, 1687. fol.*

Bonfinii Antonii *Symposion Beatricis Regina Hung. Seu Dialogi III. de virginitate & fide conjugali. Basileæ 1572. 8. & 1621. 8. in quibus multa ad laudem Matthiæ Corvini & ejus Conjugis Beatricis.*

Brassicani *Carmen hodeporicon Pannonicum. Argentorati A. 1545. 4.*

Ciacconii, *Historia utriusque belli Dacici, à Trajano Casare gesti, ex simulachris, quæ in ejusdem columna Romæ visuntur. Romæ 1576. & 1616. f.*

Clusii Caroli *Historia rariorum aliquot stirpium atque plantarum per Pannoniam, Austriam & vicinas quasdam provincias observatarum Libri IV.* Antverpia 1583. & 1601. cum figuris plantarum. Ejusdem *Stirpium Nomenclator Pannonicus.* Ibid. 1584. 8.

Coberi Tobia *Decas Observationum Castrensiarum & Hungaricarum.* Francof. Mœn. 1606. 8.

Conradini Balthasaris de *Febris Hungarica, ejusque Symptomatum curatione Liber I.* germanica quondam editus lingua, à Jacobo verò Suteri in latinam conversus. Passavia 1596. 8.

Cuspiniani Johannis *Oratio ad Principes Imperii Rom. Germanici:* qua eos non solum adhortatur ut bellum adversus Turcas capeffendum suscipiant, sed etiam describit conflictum Hungaricum, quo periit Rex Ludovicus: Item *Via qua Turca Solimet Albâ Gracâ Budam usque pervenerit, & quam præclaris dotibus ornata sit Hungaria.* Oratio. Vid. G. Joh. Vossius de Hist. Latinis p. 652.

Dresseri Matthia *Gratulatio de recuperata Alba Regali.* Lipsia, 1600. 4.

Fendii Michaelis *Avena Martia. Seu Epigrammatum Liber, de Rebus Pannonicis & Faurini recuperatione.* Lauinga, 1599. 8.

Della Fretta Marci (Montalbani Marchionis) *Commentarius de Aquis mineralibus Regni Hungariae.*

Halleri Johannis (L. B. Transyl. ab Hallerstein) *Triplex Historia hungarico stylo exarata.* Cibinii, 1690. Conf. S. H. L. p. 166.

Horstii Gregorii *Enodationes luis Hungarica, dysenteriae, variolarum, & morbillorum.*

Lakneri Christophori *Coronæ Hungarica emblematica descriptio,* Augusta Vindel. 1610. 4. Conf. S. H. L. p. 222.

Lansii Thoma *Orationes Historicae duae; altera pro; altera contra Hungariam crudisè conscripta.* Extant in ejusdem Consultatio-

tationibus de Principatu inter Provincias Europa, Tubinga editas. 1620. 8. & 4.

Lazii Wolfgangi Opusc. de Thermis Hungaria. De Lapidibus Dacicis. Et Archaeologia Pannonia. Liber unus. in 8.

Molleri Dan. Guilielmi Meditatio de insectis quibusdam Hungaricis prodigiis, anno proximè præterito, ex aëre una cum nive in agros delapsis. Ad Amicum. Francofurti Mæn. 1673. 12.

Paræi Johannis Philippi Delicia Poetarum Hungarorum, Frankofurti Mæn. 1619. 12.

Pinxneri Andrea Apodemia ex Transylvania per Pannoniam, Austriam &c. suscepta, in qua urbium status, situs, Ecclesiæ facies depinguntur, inquilinorum juxta mores & studia, aliæque notabilia, quæ ad prudentiam Civilem & Historiam sacram pertinent, breviter inseruntur & exhibentur. A. 1694. 12. Conf. S. H. L. p. 307.

de Puteo Joh. Baptista (Canonici Regularis Lateranensis, & in Ticinensi Academia Regii Græcæ & Latinæ eloquentiæ Professoris) Plausus Carolo V. Lotharingiæ Duci ob Budam expugnatam. Mediolani, 1687. 8.

Rulandi Martini de perniciose luis Hungaria Tecmarfi & curatione Francofurti Mæn. 1600. 8.

Schurtzfleischii Conradi Samuelis Disputatio academica cui tit. Hungarica, habita Vittebergæ, Resp. Andrea Eccardo. Hung. 2) Dacia Consularis, Resp. Johanne Francisci Coronâ-Transylv. 3) Propositiones Historicô-Geogr. de Transylvania. 4) De COSS. S. 2. speciatim Cibinens. Resp. Georgio Huttero Cibiniô-Transylv. 5) Propos. Historicô-Geogr. de Hungaria. Extant in Ejusdem Operibus Historico-Politicis Berolini 1690. excusis.

Sibegni Oratio de Desolatione Croatia. Parisiis, 1516. 4.

Soiteri Melchioris à Vinda Stratagematicon ac Rerum Turcicarum

eicarum Epitome. Augusta Vindel. 1538. Et apud S. Scharidium Script. Rer. Germ. Vol. II.

Sommeri *Johannis Clades Moldavica Carmine elegiaco descripta, extant in Deliciis Poetarum Hung. J. P. Parei. Conf. Specim. Hung. Liter. p. 361.*

Szamossii *Stephani Analeſta lapidum & nonnullarum in Dacia Antiquitatum. Patavii 1593. 8. & Francofurti Mœn. 1598. fol. In Epistola Dedicat. Autor scribit: Dum hæc Schediasmata typis transcribenda curo, audio Volf. Lazium & Stephanum Turinum viros doctissimos, de Lapidibus Dacicis jam pridem aliquid in Austria emisisse.*

Szent-Jványii *Martini Catalogus rerum, locorum & personarum in Hungaria memorabilium. Tyrnavie 1699. 4. Ejusdem Dissertatio Paralipomenica rerum memorabilium Hungaria. Ibid. Anno eod. in 4.*

Tarduccii *Achillis Turca vincibilis in Hungaria. Ex Italico in Latinum à Jacobo Geudero translatus. Francofurti. Mœn. 1601. 8.*

Tenzelii *Gvilielmi Friderici L. B. de Trazberg Disputationes Miscellaneæ de Natura Hungariæ, sub Præsidio Conradi Vogleri P. S. J. in Universitate Dilinganae propositæ, A. 1701. fol.*

Thurii *Pauli Idea Christianorum Hungarorum sub tyrannide Turcica. Oppenheimii, 1617. 4.*

Varševiczii *Christophori Oratio ad Rudolphum II. Imp. Rom. & Regem Hung. de parta ad Sissek fortalitiū Slavonia munitissimum victoria contra Turcas. Praga 1593. Extat etiam cum Orationibus virorum quorundam doctorum.*

Vernheri *Georgii Hypomnemation de admirandis Hungaria Agvis, additâ tabulâ lacus mirabilis ad Csirknitz. Colonia Agrip. 1591. fol. Vienna 1551. in 4. & Antverpia. 1557. in 8. Submittitur etiam Martini Broniovii Descriptioni Tartariæ, editæ Colonia Agrip. A. 1595. in fol.*

Vitézii

Vitézii *Ladislai Oratio ad Sixtum III. Pontificem Rom. nomine Matthiae I. Hungar. & Bohemia Regis à se recitata.* Conf. Sp. Hung. Liter. p. 404.

Ad res Hungaricas apprimè facit elegans etiam ille Appendix Collectionis Hungaricarum rerum aliquot Scriptorum, quæ Francofurti ad Moen. A. 1600. fol. prodiit, cujus p. 16. jam mentio facta, in qua Inscriptiones Transylvania aliquot veteres & Annales incerti cujusdam Autoris de Templis Leutschoviensi & Coronensi continentur.

Ekstadii *Johannis Gründlicher und Christlicher Unterricht für alle Stände / wie mans im jezt schwebenden Ungarischen Krieg anstellen solle / daß es einmahl glücklich und wohl gerathe. Neben angehengter Instruction / so Kayser Maximiliano von seinen getreuen Kriegs-Räthen einmahl in der Jugend ist gegeben worden.* Leipzig 1595. 4.

Flämitzeri *Johannis Nicolai* der in Böhmischen Hofen angekleidete Libertiner. Gedruckt zu Würzburg bey Hiob Hertzen 1688. 4. *Ejusdem* Siebenbürgens Oesterreich Messias. *Ibidem* 1689. 4.

Frölichii *Davidis* der Ungarischer / Siebenbürgischer und Zipser Landsman - - in 12.

Grottenbekii *Reinoldi* Ausführlicher Rathschlag und Bedencken / wie das Kriegs-Wesen in Ungarn zu reformiren / nebst einem special Überschlag des Volcks und Unkosten. A. 1598. 4.

Novak *Martini* Ungarische und wahrhaftige Avisa. A. 1678. 4.

§. V.

De Manuscriptis Historiæ Hungariæ tum antiquioribus tum recentioribus.

Cum Codices MSti de Rebus in Hungaria gestis, distractâ Bibliothecâ regiâ Budensi, sint admodum rari, idcirco haut plures præter hos sequentes, hæcenus potui indagare: nempe in *Danielis de Nessel Sciagraphia Magni Historici Operis hæcenus inediti, brevis tamen (ceu quidem promiserat) edendi, recensitos, atque in Bibliotheca Casarea Vindobonensi hodie asseruatos*:

Anonymi cujusdam Codex Manuscriptus Historicus latinus membranaceus, A. C. 1358. scriptus, spectatu dignissimus inauratis Picturis exornatus, ex quo Johannes de Thworocz aliàs de Thurocz & Turocius, sive Turocenlis dictus, (qui sub Rege Matthia Corvino potissimum floruit) Res gestas Hungarorum ab origine gentis usque ad A. C. 1342. seu mortem Regis Caroli, Patris Regis Ludovici, quas sub titulo Chronicæ Hungarorum edidit, partim interpolate mutuatus est.

Anonymi quidem, sed Regis Bela Notarii, Historia Hungarica, de VII. Primis Hungaria Ducibus.

Acta publica & concordata inter Imper. Fridericum V. & Matthiam Corvinum Regem Hungaria.

Matthiæ I. Corvini Regis Hungaria Historia, qua continentur res gestæ ab A. 1458. usque ad A. C. 1490.

Imper. Rudolphi II. Regis Hungaria Res gestæ ab A. C. 1572. usque ad A. C. 1606.

Imper. Matthiæ Regis Hungaria Res gestæ ab A. C. 1607. usque ad A. C. 1628.

Arcis Novigrad expugnatio, Historicè conscripta, manuque Tegnagelianâ exarata.

Fr. Gvidonis Tituli S. Laurentii in Lucinâ Presbyteri Cardinalis & Pontificis Clementis IV. Legati Decreta Hungarica.

Wolffgangi Lazii Rerum Hungaricarum Historia, nec non Archaeologia Hungaria.

Joannis de Zredna, Protomontarii Cancellariæ Regis Hungaria Epistola Historica, de Rebus gestis inter Imp. Fridericum V. & Regnum Hungaria, ab A. C. 1457.

Theodorici Thuringi, Ordinis Fratrum Prædicatorum, *Libri IIX. de Vita & morte ac miraculis S. Elisabeth, Andreæ Regis Hungarorum filix, & Ludovici Pii, Thuringiæ & Hassiæ Landgravii V. uxoris, quorum Prologus sive Præfatio incipit hoc modo: Cum de Vita & moribus & morte miraculisque beata Elisabeth perscrutari cepissem, oblata sunt mihi quedam scripta de prædictis, videlicet Libellus de dictis quatuor Ancillarum ejus confectus; Litera quoque Magistri Conradi de Martburg, quam de Vita & Morte, & Miraculis ejus Domino Gregorio Papæ IX. scripsit, in quibus pura quidem & simplex fideique consona veritas continetur: Verum tamen fateor, in his non esse affectui meo satisfactum. &c.* Edidit hoc Opus primus omnium in lucem (pergit Neffelius) Henricus Canisius Tomo V. Antiqvæ Lectionis; sed operæ pretium fuerit, si editio ista cum Codice MSto Cæsareo historico 565. accuratè conferatur. Est enim is in fine aliquanto auctior, continetque Appendicem in 6. capita divisam, quæ in Codicibus MStis, quibus Canisius usus est defuit, ideoque supplendi illius defectûs causa à me publicabitur. Initium ejus tale est:

Incipit Sermo Angeli, quo instruxit beatam Elisabeth de statu perfectionis.

Apparuit Sanctæ Elisabeth Angelus Domini, sic eam allocutus instruxit, dicens: Omnes qui hujus Mundi renuntiastis concupiscentiis, ejusque, qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum &c.

Oratio, quam Ladislaus Imp. Alberti II. filius, Hungaria & Bohemia Rex A. 1452. ad Papam Nicolaum V. Roma habuit. NB. Legitur hæc Oratio etiam typis excusa inter Orationes ab Alberto de Eyb collectas, quarta ordine.

Hermannii Contracti Chronico adjectum est supplementum ab A. C. 1279. usque ad A. 1310. quod ipsum Wichardo de Polheim Archiepiscopo Salzbürgenfi A. C. 1315. mortui communiter attribui solet, cujus initium ita se habet: *Anno Domini 1279. Dominus Philippus, Apostolica Sedis Legatus, in Ungariam venit, Ungaros Christianos, qui Christianam vitam ferè oblitifuerant, & Comanos ad fidem Catholicam studuit revocare &c.*

Deinde in Catalogo *Bibliotheca Thuanea* MSta Rerum Hungaricarum recentiora sparsim videas commemorari hæc seqq.

Memoire pour l' Historie de Hongrie 1596. Memoires de ce qui à esté dit par le commendement de la Reine de Hongrie, par Jean de Mauris Conseiller de l' Empereur, à M. de Lorraine, avec la reponse de M. de Lorraine pour le fait du Traité de Luxembourg, fait entre l' Emper. & ledit Duc l' An. 1533. Grande Lettre des Estats de Hongrie. 1605. Grande plaintes du Royaume de Hongrie 1604. 1605. Traite de Pais entre l' Archiduc Matthias & les Hongrois 1606. Pieces pour l' Histoire de Hongrie 1608.

Conditiones Pacis inter Casarem & Sigismundum Principem Transylvania. 1602. Litteræ Legatorum Hungaria ad Status Austriacos ratione pacificationis factæ, pro qua fidejusserunt. 1608. Gesta Matthiæ Austriaci in Hungaria 1608.

Præterea Claudius Fabricius à Peiresk in sua Bibliotheca asseravit Codicem MStum de Vita Attilæ Hunnorum Ducis, cujus etiam editionem moliebatur, teste Gassendo in Vita Peirescii p. m. 119. Ex isto MSto nonnulla Thomas Bartholinus in libello de Armillis p. 70. citavit.

Procopius quoque Bonanus Archiater Cæsareæ Camera in Fodinis Regiis Hungaria, composuit Librum de Admirandis rebus Hungaria plusquam 200. tabulis æneis exornatum, quem quidem typorum ope publicare in animo habuit; sed eo mortuo non amplius comparuit, hinc vel ab hæredibus, vel ab aliis invidiosè eum suppressum esse cum Reipublica literaria circa pleniorum Rerum Hungaricarum notitiam detrimento, eruditi non sine causa queruntur.

Davidis pariter Hermannii Mediensis Transylvani Codex MStus Annalium Rerum Transylvanæ. in multis eruditorum manibus, utpote sæpius descriptus, per Hungariam & Transylvaniam versatur.

Similiter Stephani Szamosi Codex quidam MStus de Originibus Hungaricis in Hungaria admodum celebris est, tum propter antiquitates Regni accuratè enucleatas, tum propter alias in Hungaria

garia Res olim gestas, concinnè expositas. Utrique sanè hi Codices MSti digni forent ut typis excusi lucem publicam adspicerent, insignem Hungaris æquè ac Exteris utilitatem allaturi, Historiamque Hungaricam egregiè illustraturi.

Inter deperditos MStos Codices Hung. Rerum, numerari merentur hi duo sequentes, videlicet: I. *Davidis Frölichii Chronologia Pannonia*, de qua ipse Autor in sua Bibliotheca, seu Cynosura Peregrinantium hac verborum usus est textura: *Fusorem & accuratorem hujus Regni (Hungariæ) descriptionem mea Chronologia Pannonia (qua ex defectu Patroni hætenus cum blattis & tineis rixas movit, nec in lucem prodire valuit) suppeditabit.* Conf. Specim. Hung. Liter. p. 161.

II. MStum est, *Jani Pannonii Annales Hungaria versibus uno in Volumine colligati*, quibus conficiendis quantum ipse se superarit, facile ex admiranda Marcellini Panegyri (quam una cum aliis, doctissimus & felix Poeta, Hilarius Cantuuncula edi curarat) quisque secum cogitabit. De quo MSto amisso vehementer indoluit *Joh. Sambucus*, quem etiam suum dolorem testatus est verbis prolatis hisce: *Utinam quidem Annales ejus (scil. Jani Pannonii) aliquando Vienna conspecti & lecti prodeant, carceresque perfringant, non secus me Deus! atque Cicronis aut Livii quæ periere mecum excipienda ducerem, tantum quisque huic Vati jure tribuendum censeat. Quod si Vulcano vel Istro sunt tradita, vel, ut quidam non dissimularunt, excrementis humanis loco abdito, foraminibusque putnere, Manes invidorum luant pœnas, quod φθόνος ἔξω τῆς Σέας θρόνος ἵστανται, ut est in Phædro.* hæc Sambucus de Jano Pannonio, cujus Carmina tantum miscellanea & non historica à fugientibus editionibus ad incudem revocavit, & in manuale redegit *Joh. Philip. Pareus*, sub inscriptione *Delicia Poetarum Hungaricorum impress. Francofurti 1619. 12.* Conf. Sp. Hung.

Liter. p. 287. & seq.

CLASSIS II.

SCRIPTORVM, QVI PRÆTER RES A SVIS GENTIBVS GESTAS,
EAS ETIAM QVÆ IN PANNONIA VETERI ÆQVE AC MODERNA
ACCIDERVNT NON EX PROFFESSO QVIDEM, SPARSIM
TAMEM ET INCIDENTER SOLVM OPERIBVS
SVIS IMMISCVERVNT.

S. I.

*De Scriptoribus Antiquitatem, Originem, Historiam, Bel-
laque Hungarorum incidenter exponentibus.*

AGathiaë Myrnai, (vel secundum Svidam Smyrnæi) *Historia
de Bellis Gothorum.* In fine Hunnorum irruptiones in Thra-
ciam & Græciam recensentur. *Basileæ A. 1531. in fol. una cum Leon-
hardo Aretino, de Bello Italico adversus Gothos: & de Bello Punico,
Illyrico & Gallico: Jornande de Rebus Geticis: Procopii Historia de
Bello Persico, Vandalico, & Gothico: Zosimi Comitis Historia nova
Græco-Latina.* Qui singuli Res Pannonicas tradiderunt.

Adonis Viennensis Chronicon ab O. C. usque ad A. C. 837. Ex-
tat cum Gregorio Turonensi, editum curâ Gvilielmi Morellii. *Pa-
risiis 1567. f.*

*Aimoini Monachi Benedictini Historia Francorum. Fran-
cofurti. Mæn. 1613. & Parisiis 1641. f.* Inest etiam Corpori Historiæ
Francicæ Marqvardi Freheri f.

Alberti Abbatis Stadenfis Chronicon, ab O. C. ad A. C. 1256
Prodiit primum Helmstadii 1587. curâ Reineri Reineccii in 4. deinde
Vitebergæ 1608. post in Collectione Schilteri.

Anselmi Abbatis Gemblacensis Chronicon, cum Auctariis
Sigeberti, Abbatis Gemblacensis. Antverpiæ 1608. 4. nunc etiam cum
Collect. veterum Chronicor. Aub. Miræi,

Ano-

Anonymi *Chronicon Tremonienſe*. In quo præter alia quam plurima mentio etiam facta eſt aquationis Hunnorum der *Summen-Trænke* / repetitque ejus veſtigia à Seculo X. in quod nempe incidit memorabilis illa Clades in Germania Hungarorum.

Aventini *Johannis Annales Bojorum*, Nicolai Ciſneri ſtudio editi *Basileæ* 1580. f.

Blondi Flavii, *Forolivienſis Libri XXXI. Hiſtoriarum ab inclinato Romæ Imperio. Venetiis* 1483. *Basileæ* 1533. f. & in ejusdem *Operibus conjunctim editis* *ibid.* 1559. f. Hunc Bonfinius Dec. II. Hiſtoriæ ſuæ Hung. Hiſtoricum quidem præſtantiffimum, ac fanè Scriptorem de Romana lingua optime meritum nuncupat; verum in iis quæ de Hungaria ſuæ Hiſtoriæ intexuit ſubiectæ fidei animadvertit, multorumque errorum hinc inde arguit.

Bœcleri *Joh. Henrici de Rebus Seculi IX. & X. Argentorati* 1656. 4.

Boxhornii Marci Zuerii *Hiſtoria Universalis Sacra & Prophæta*, à C. N. ad A. 1650. *Lugduni Batav.* 1652. 4.

Bulengeri Julii Caſaris *Hiſtoriarum ſui temporis Libri XIII. quibus res toto Orbe geſtas ab A. 1556. uſque ad A. 1612. completitur*, *Lugduni* 1619. f.

Crantzii Alberti *Hiſtoria Saxonie ac vicini Orbis Arctici*, *Vittebergæ* 1585. & 1604. 8.

Cruiſii Martini *Annales Sævici Francofurti* 1596. f.

Diaconi Pauli *Hiſtoria miſcella cum Continuatione Landulphi Sagacis & Obſervationibus Friderici Lindenbrogii*, *Hamburgi* 1611. 4. Continetur etiam inter Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ, Gruteri f.

Eusebii *Chronicon*, quod cum vaſto Joſephi Juſti Scaligeri *Commentario* prodiit *Amſterodami* 1658. f. in quo de converſione hungarorum ad fidem Chriſtianam multa habet.

Fræneri

Freheri *Marquardi Scriptorum Rerum Germanicarum Tomi III. Francofurti Mœn. 1624.* quo in Opere varia continentur opuscula ad historiam Hungariæ illustrandam, nempe: 1) *Matthæi Mareschalci de Pappenheim Chronici Australis antiqui excerpta.* 2) *Ænea Sylvii Piccolomini Commentarius de his, quæ Friderico III. imperante in Germania, Hungaria, Transylvania, & per totam Europam usque ad A. 1458. gesta sunt.* 3) *Matthiæ Corvini Hung. Regis Oratorum ad Principes & Status Imperii pro auxilio contra Turcas ferendo, imploratio.* 4) *Marci Ant. Torquati Prognosticon de Eversione Europæ, quod Sereniss. Matthiæ I. Regi Hung. A. 1480. direxit, usque ad A. 1538.* 5) *Joh. Cuspiniani Diarium, de Congressu Cæsaris Maximiliani I. & trium Regum, Vladislai Hungariæ, Ludovici Bohemiæ & Sigismundi Poloniæ in urbe Viennensi facto, A. 1515. multis insignibus Epistolis & Carminibus insertis, per Richardum Bartholinum.* 6) *Rich. Bartholini Hodoeporicon, sive de iis, quæ in Conventu Maximiliani Cæsaris, & Regum Vladislai, Sigismundi & Ludovici memoratu digna sunt, multis insignibus Orationibus, Epistolis & Carminibus insertis.*

Gregoræ Nicephori *Historia Bizantina.* Editio græco latina, interprete Hieron. Wolfio Geneva 1615. fol. Parisiis 1648. f. cum notis Dionysii Petavii.

Hofmanni Joh. Jacobi *Lexicon Univorsale, Historiam sacram & prophanam omnis ævi, omniumque gentium chronologiam ad hæc usque tempora, geographiam & veteris & novi orbis: Principum per omnes terras familiarum ab omni memoria repetitam genealogiam &c. IV. Tomis explanans.* Basileæ 1677. f. & Amsterodami 1698. f.

Jornandis *de Regnorum ac temporum successione* Lugduni Bat. 1597. 8.

Jovii Pauli *Opera; videlicet Historiarum sui temporis Libri 45. & Vita Illustrum virorum.* Basileæ, 1578. f. II. Tom.

Isido-

Isidori *Hispalensis Historia Gothorum, Suevorum atque Vandalorum*. Parisiis 1579. & 1582. f. & cum *Observationibus Lindembrogii*. Hamburgi 1611. in 4.

Latzii *Wolfgangi Libri XII. de Migrationibus Gentium, sedibus fixis, reliquiis, linguarumque initiis ac immutationibus*. Francofurti Mæn. 1600. f. Eiusdem *Decades II. de variarum gentium immigrationibus in Illyrici Occidentalis tractum*.

à Lichtenau *Conradi (Abbatis Urspergensis) Chronicon, ab A. post Diluvium 200. exorsum, continuâ serie usque ad Friderici II. Imp. annum 20. qui est à N. C. 1230. contextum, cum paralipomenis rerum usque ad Carolum V. Rom. Imp. cui annexi sunt Annales Reginonis & Lamberti Schafnaburgensis Basilea 1569. f. & Argentorati 1609. Insertum etiam est Pistorii Collect. Scriptor. Rer. Germ.*

Lindenbergii *Petri Commentaria Rerum memorabilium in Europa ab A. 1586. ad A. 1591. gestarum*. Hamburgi 1691. 4.

Luitprandi *Diaconi Ticinensis Libri VI. rerum ab Europa Regibus & Imperatoribus gestarum*. Extant in Operibus ejus conjunctim editis, cum notis Hieronymi de la Higuera & Laurentii Ramiretz de Prado, Antverpiæ 1640. & apud Justum Reiberum Vet. Script. Germ. Hanoviæ 1619. f.

Matthiæ *Christiani Theatrum Historico-Practicum*. Francofurti Mæn. 1689.

Micrælii *Johannis Syntagma Historiarum politicum, Stetini 1654. 4. Historiam non solum universalem IV. Monarchiarum comprehendit, sed etiam Historiam specialem regnorum atque ducatum*.

Naucleri *Johannis Chronicon, duobus Vol. comprehensum & ab O. C. usque ad A. 1500. per generationes deductum, cum Appendice Nicol. Bassii Tuingæ 1516. f. & Auctario Barthol. Laurentii. Colonia 1544. & 1613.*

Nicetæ *Acominati Choniata* 86. annorum *Historia* ab A. C. 1117. usque A. 1203. ex græco latine reddita ab Hieronymo Volsio. Basileæ 1537. f.

Nicephori Gregoræ *Historica Byzantina*, ab eodem Volsio latine interpretata. Geneva 1615. f. Parisiis 1648. cum notis Dionysii Petavii. in fol.

Ollai Magni *Historia Gentium Septentrionalium*. Francofurti. M. 1555. f. & Lugduni Bat. 1555. 12.

Othonis Frisingensis *Chronicon* ab O. C. ad A. usque 1146. Libris VII. comprehensum Francofurti Mæn. 1555. fol. insertum etiam est Tomo I. Christ. Urstisii Operis Germ. Historicorum Illustrium.

Pantaleonis Henrici *Diarium Historicum*, ex sacris & profanis omnium nationum & temporum fastis, annalibus &c. excerptum. Basileæ. 1572. f.

Peutingeri Conradi *Epitome de Gentium quarundam migrationibus*, quæ cum Procopio aliàs edita est Basileæ 1531. f.

Prisci Rhetoris Sophistæ *Excerpta Gothica Historia*, Carolo Cantaclearo interprete Parisiis 1606. 8. continent præter alia Legationem Theodosii Junioris ad Attilam, ejusdemque convivii, cui Priscus ipse interfuit memorabilem descriptionem.

Puffendorffii Samuelis L. Bar. *Introductio ad Historiam Europæam*, ex germanico latine nunc reddita à Joh. Frid. Cramero, atque supplemento usque ad initium Seculi XVIII. itemque *Compendio Historiæ Svecicæ aucta*. Francofurti Mæn. 1704. in 8.

Schardii Simonis *Rerum Germanicarum Scriptores varii*, in IV. Tomos collecti. Gießæ 1673. fol. quæ in Collectione varia etiam occurrunt opuscula Rerum in Hungaria gestarum, nempe in Tomo II: Clades in campo Mohács, in qua Ludovicus Rex Hung. occidit, à Stephano Brodericho, descripta. Belli Pannonici per Illustrissimum Principem Fridericum Palatinum &c. contra Solymannum

Turca-

Turcarum Tyrannum gesti liber unus, Melchior Soitero à Vinda auctore. Johannis Mart. Stellæ de Turcarum in Hungaria successibus Anni 1543. & 44. ad fratres suos Epistola 4. Ejusdem Descriptio & munitiones Altenburgi arcis dotalis Mariæ Regina Hung. Rerum ad Agriam A. 1552. gestarum Narratio Joh. Sambuci. Ejusdem Obsidionis Sigethi brevissima veraque expositio. Expugnatio Arcis Temesvári ab eodem descripta A. 1552. Rei contra Turcas A. 1556. gesta brevis descriptio, cum adjecta Chorographia: ubi praliorum, pugna, oppugnationum, locorum item, in quibus præclare quidque gestum est, regionisque situs & confinia elegantissime exprimuntur, Volfigango Lazio auctore. Rerum contra Turcas, auspiciis Ferdinandi Austriaci, Caesaris F. A. 1556. in interamnenſi Pannonia gestarum, Historiola, Dialogo conscripta: auctore Basilio Joh. Herold. In Tomo IV. Expugnatio Arcis Tokai A. 1565. per Lazarum à Schwende recepta, auctore Joh. Sambuco. Historia Sigethi totius Sclavoniæ fortissimi propugnaculi, quod à Solymanno Turcarum Imperatore, A. 1566. captum, Christianisque ereptum est, ex Croatico sermone in Latinum conversa per M. Samuel Budinam, Labacensem. Epitaphia varia in Nicolai Zerini, Comitum mortem præsidium Sigethium & Gyulaum &c. Epitome rerum gestarum in variis orbis partibus sub Imperatore Maximiliano II. ab Anno 1565. usque ad A. 1572.

Sexti Rufi Breviarium de Victoriis ac provinciis Populi Romani. Alias inscribitur etiam: De Consulari & Imperiali dignitate atque accessione Romani Imperii. Ziza, 1678. 8. cum annotationibus Christ. Cellarii.

Sleidani Johannis de IV. summis Imperiis Libri III. olim ab Henrico Maibomio materiarum sedibus illustrati, nunc verò cum continuationibus Conradi Sam. Schurtzſleichii ad A. usque 1678. & C. Funkeri ad finem usque Seculi XV II. denuo editi & accuratissime emendati. Lipsia 1707. 8.

Sigfridi Presbyteri Misniensis Chronicon ab O. C. usque ad.

A. 1307. concinnatum Lipsia 1596. f. exhibetur etiam in Tomo I. Pistorii Rer. Ger. Script.

